J. YANPOLSKY,
Bookbinder.
5, ANN'S PLACE,
Wentworth Street, E.

080
F75L5
1871

LIBRI

VETERIS TESTAMENTI

PSEUDEPIGRAPHI SELECTI.

LIBRI

VETERIS TESTAMENTI

PSEUDEPIGRAPHI SELECTI.

RECENSUIT

ET

CUM COMMENTARIO CRITICO

EDIDIT

OTTO FRIDOLINUS FRITZSCHE.

LIPSIAE:
F. A. BROCKHAUS.
—
1871.

JEWS' COLLEGE
REV. A. L. ASHER
LIBRARY
LONDON

PRAEFATIO.

Librorum Veteris Testamenti pseudepigraphorum iam quinque illos curis meis pertractatos, lector benevole, tibi offero, qui prae ceteris hac ipsa aetate virorum doctorum studia ad se converterunt, plures additurus, ubi operam meam iudicibus integris non displicuisse cognovero.

Psalmos octodecim Salomonis, qui circumferuntur, Iudaeus quidam haud ita multo post Pompeium, imperatorem Romanum, occisum, cf. 2, 30. ss., pepigit, ut populares de calamitatibus, quas perpessi erant, consolaretur iisque felicissimorum temporum spem faceret. supersunt graece versi, nam scriptorem ipsum literis eos hebraicis vel aramaeis consignasse satis certum est. primus eos graece et latine edidit notisque illustravit I. Lud. de La Cerda in appendice Adversariorum sacrorum, quae Lugd. 1626. f. publicavit. usus est codice Augustano (A.), qui ubi iam sit nescitur. alteram editionem curavit I. A. Fabricius in Codice pseudepigrapho V. Test. I. (Hamb., 1722. 8.) p. 914 ss., qui notulas quasdam addidit, sed fere tantum Cerdae vestigia persecutus est. denique Adolphus Hilgenfeld hos psalmos iisdem literis bis edidit in l. „Zeitschrift für wissensch. Theologie." 1868. 8. p. 140. ss. et in l. „Messias Iudaeorum libris eorum paulo ante et paulo post Christum natum conscriptis illustratus." Lips., 1869. 8. p. 3 ss. hic vir doctissimus non tantum codicis Vindobonensis (V.) varietatem lectionis, quam ei Ioseph. Haupt, bibl. Caesareae amanuensis, suppeditaverat, adiecit, verum plures etiam locos sive interpungendo sive coniiciendo haud infeliciter correxit. codex ille literis minusculis saeculo X.

scriptus et nunc signatus est cod. gr. theol. 7. his subsidiis criticis ut par erat usus textum exhibui emendatiorem.

Esdras, celeberrimus Iudaeorum sacerdos et scriba (γραμματεύς), qui regnante Artaxerxe Longimano, Persarum rege, exulum coloniam Babylone Hierosolyma deduxit, tanta apud posteros floruit auctoritate, ut temporum decursu nomine eius nonnulli libri conscriberentur, quo maiorem fidem haberent atque dignitatem. inter hos praecipuum quendam locum is sibi vendicat, quem ecclesia latina librum Esdrae quartum dicere assuevit, cum libri Esdrae et Nehemiae canonici duo priores Esdrae dicerentur, liber vero Esdrae graece nobis servatus tertius haberetur. de aliis libri inscriptionibus vide quae Hilgenfeld (Messias Iudaeorum p. XVIII. ss.) congessit. graece libri titulum Ἀποκάλυψις Ἔσδρα fuisse existimo, non Ἔζρας ὁ προφήτης, ut Hilgenfeld sibi persuasit.

Liber in Bibliis latinis sedecim constat capitibus, sed duo capita priora et duo posteriora male esse addita tum veteres versiones orientales, in quibus desunt, et non pauci codices latini documento sunt, in quibus aliis locis leguntur, tum ex diversa eorum indole perspicitur. de his igitur additamentis infra dicendum.

Auctor libri nostri procul dubio graece scripsit, sed textus graecus duobus fragmentis exceptis disperiit. supersunt vero plures versiones veteres, quarum latina et antiquitate et fide reliquas omnes antecedit. quamquam liber in ecclesia latina a quibusdam viris doctis, maxime Hieronymo, susque deque habebatur, inde ab Ambrosii, archiepiscopi Mediolanensis, temporibus usque ad saeculum decimum sextum magna tamen valuit auctoritate, quo factum est, ut vel Bibliis latinis insereretur; ab aliis sane neglectus est, nam in multis libris manuscriptis non legitur. cum in Pfisteri editione Bibliorum latinorum Bambergensi, quae neque loci neque anni addita notatione prodiit, anno 1460. primum typis excusus esset, Pfisteri exemplum secuti posteriores editores Bibliis suis librum inseruerunt. textus, quem plus minusve corrupte praebent, vulgatus dici potest. is cum admodum vitiosus esset et multis mendis inquinatus, iam praeterito saeculo de eo emendando I. Alb. Fabricius (Codex pseud-

epigraphus V. Test. II. ed. II. Hamb., 1741. 8. p. 173 ss.) et Petr. Sabatier (Bibliorum s. lat. versiones antiquae. III. Paris., 1751. f. p. 1069. ss.) bene meruerunt, nostra vero memoria post Ch. Iac. van der Vlis (Disput. crit. de Ezrae libro apocrypho vulgo quarto dicto. Amstelod., 1839. 8.) inprimis Gust. Volkmar (Handbuch der Einl. in die Apocryphen. 2. Abth. Das 4. Buch Esra. Tübingen, 1863. 8.) et Adolph. Hilgenfeld l. l. p. XVIII. ss. et p. 36. ss. in libro et corrigendo et melius intelligendo operam consumpserunt.

De libro ipso paucis sic habeto. generis est prophetici et septem visionibus constat. scriptum eum esse vergente post Christum natum saeculo primo viri docti nunc fere consentiunt, licet de anno ipso dissentiant; antiquiorem eum esse et XXX fere annis post Hierosolyma a Pompeio anno LXIII. ante Christum natum expugnata regnante Herode M. compositum praeeuntibus aliis Hilgenfeld iudicavit suamque sententiam identidem argumentis parum idoneis propugnavit, nuperrime in l. Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie 1870. p. 308. ss. idem vir doctissimus (Messias Iudaeorum — p. XLIX. ss.) versus (VI), 18—VII, 45. spurios esse et tertio fere saeculo ineunte insertos probare studuit, cum iam Paul. Ioach. Sigism. Vogel (Commentatio de coniecturae usu in crisi N. T., cui adiecta est altera de quarto libro Esdrae. Altorf., 1795. 4.) locum VII, 25—VIII, 19. adulterinum esse iudicasset, sed uterque rationibus sat levibus usus est, quas refellere non est huius loci. denique Hilgenfeld a Paulo de Lagarde et Hermanno Roenschio adiutus librum nostrum graece vertit itaque linguae suae reddere conatus est l. l. p. 36. ss, quod cur fecerit et quomodo cesserit alii viderint.

Restat ut de veteribus libri versionibus dicamus. harum latinam exhibuimus utpote fide dignissimam, cum fere ad verbum facta sit. melioris notae est quam aliorum librorum sacrorum interpretatio vetus latina, nam oratio est purior et interpres, qui mea sententia saeculo tertio vixit, raro videtur graeca perperam intellexisse, sane vero textus vulgo receptus perquam est vitiosus. huic emendando nunc quidem tres codices optimae notae praesto sunt, nimirum Sangermanensis (S.), Turicensis (T.) et Dresdensis (D.). Sangermanensis (nunc

Parisinus) saeculo IX. scriptus est. huius lectiones variantes cum iam Sabatier, sed ut nunc intellectum est, admodum negligenter attulisset, Herm. Zotenberg Hilgenfeldo roganti accuratissimam collationem subministravit. codicem Turicensem, qui saeculo XIII. exaratus est et in bibliotheca urbis Turicensis (C. 16. 5.) asservatur, post Volkmarum ego summa cum cura excussi. denique codicem bibliothecae regiae Dresdensis (A. fol. 47.), qui est saeculi XV., Hilgenfeld contulit. in hoc liber noster in tres libros divisus est, nimirum „Liber Esdre prophete tercius“ constat capitibus I. II., „Liber Esdre quartus“ capp. III—XIV. et „Liber Esdre quintus“ capp. XV. XVI. precatio, quae 8, 20—36. legitur, cum a Christianis in ecclesia saepe recitaretur, seorsum etiam in codicibus exarata est. Sabatier lectiones variantes e duobus libris perantiquis, ex cod. Vaticano (V.) reginae Sueciae n. 11., qui literis uncialibus scriptus est, et tomo II. Bibliorum ecclesiae Aniciensis Velaunorum (A.) e bibl. Colbertina, atque etiam e breviario Mozarabico (B.) attulit, Hilgenfeld ex cod. bibliothecae academicae Ienensis (Mss. fol. 11.), qui est saeculi XIV. ineuntis (I.). in hoc inter Esdrae (et Neemiae) librum canonicum et Esdram graecum in „cedula“ addita est „Confessio hesdre“, quae illa precatio est. horum igitur codicum ope textum emendavi et omissis quisquiliis et lectionibus nullius fere momenti eam tantum lectionum varietatem attuli quam nosse lectoris interesset.

Librum nostrum ecclesiis orientalibus valde placuisse testes sunt plures versiones, inter quas meo quidem iudicio syriaca primum locum obtinet. syriace nuper demum eam ex codice bibliothecae Ambrosianae (B. 21. Inf.) Ant. M. Ceriani in l. Monumenta sacra et profana opera collegii doctorum bibliothecae Ambrosianae. V. 1. Mediol., 1868. 4. p. 41. ss. edidit, cum idem vir meritissimus eam translatam servata quatenus liceret veteri latina versione iam a. 1866. l. l. I. 2. p. 99. ss. inseruisset. hanc latinam Ceriani interpretationem Hilgenfeld nonnullis „in scriptione, interpunctione etc.“ mutatis et quibusdam adnotationibus additis denuo typis exscribendam curavit l. l. p. 212. ss. Syrus in interpretando sane non anxie textus sui graeci vestigia legit, immo libertate quadam usus

est, ita tamen ut ad cognoscendum librum haud parum faciat. ceterum in versione syriaca, ut et in aethiopica et arabica, liber noster Esdrae primus dicitur.

Arabica interpretatio nuper demum curante Henr. Ewaldo (Das vierte Ezrabuch nach seinem Zeitalter, seinen Arabischen Uebersetzungen und einer neuen Wiederherstellung. Göttingen, 1865. 4.) ex codice bibliothecae Bodleianae (N. VI. 1.) edita est, cuius haec est subscriptio: — „finitus est secundo die, XVII. die mensis Barmahat, anno sanctorum martyrum MLI. (h. e. d. XXIX. m. Aug. a. 1336. p. Ch. n.) domine, propitius sis peccatori scribae et ceteris filiis baptismi! amen.“ sane vero viris doctis iam dudum nota erat, nam ineunte iam saeculo praeterito eodem codice usus Simon Ockley anglice eam reddidit et Guil. Whiston libro suo: Primitive Christianity revived. Lond. 1711. 12. T. IV. inseruit. haud ita multo post I. A. Fabricius hac anglica versione usus varietatem lectionum arabicarum textui latino latine subiecit. nuperrime denique Hilgenfeld hanc ipsam translationem anglicam latine interpretatus est et libro suo l. p. 323. ss. inserendam curavit, sed bene evenit, quod Henr. Steiner, iam collega mihi coniunctissimus, Hilgenfeldi versionem ad textum arabicum correxit atque castigavit. porro habetur in bibliotheca Bodleiana (N. III. 21.) „compendium libri Ezrae prophetae“ arabice, quod arabice edidit Ewald l. l. p. 48. ss., germanice reddidit Steiner (Zeitschrift für wissensch. Theologie 1868. p. 396. ss.). huius epitomes non erat cur ego rationem haberem. Hilgenfeldo iudice l. l. p. XLI. interpres arabicus textu graeco usus est, sed mihi multo est probabilius versionem eum syriacam ante oculos habuisse, tanta vero licentia grassatus est, ut ad libitum corrigeret, adderet et demeret ideoque non tam interpretis quam paraphrastae personam ferret. huius igitur auctoritati cave nimium fidas.

Multo melioris notae est versio aethiopica, quae ex graeco fonte fluxit ac latinae et syriacae non admodum dissimilis est. primus eam, sed admodum vitiose, Ricardus Laurence Oxoniae, 1820. 8. in lucem edidit addita et latina et anglica interpretatione. hanc latinam interpretationem multo emendatiorem exhibuit Hilgenfeld l. l. p. 262. ss., qui tum

complurium codicum lectionibus variantibus uti potuit, quas Aug. Dillmann collegit et Ewald l. l. p. 92. ss. edidit, tum collatione trium codicum Francofurtanorum, maxime vero codicis Berolinensis, quam Franc. Praetorius ei suppeditavit.

Exstat denique etiam versio armenia, in qua liber noster tertius Esdrae appellatur. haec typis iam exscripta est in Bibliis armeniis, quae Venetiis 1805. curante Zohrabo prodierunt, sed nuper demum virorum doctorum studia in se convertit, v. quae disseruit Ceriani l. l. V. 1. (Mediol., 1868. 4.) p. 41—44. latine reddita a Iul. Henr. Petermanno, qui quatuor codices Mechitaristarum contulit, legitur in Hilgenfeldi l. l. p. 378. ss. interpretem armenium textu graeco usum esse non credo, sed ex quocunque tandem fonte hausit, tantam sibi in vertendo licentiam sumpsit, ut ad genuinum libri textum restituendum perparum conferat.

Capita I. II. XV. XVI. in libris manu scriptis varie inscribuntur, ego ut a libro Esdrae quarto discernerem quintum appellavi. horum una tantum versio exstat latina, quam alium quendam virum doctum condidisse, quam qui quartum librum transtulerit, Hilgenfeld recte dixit. scriptor ipse graeca lingua usus est, cf. Hilgenfeld l. l. p. XLVIII. s. caeterum haec additamenta fragmenta unius eiusdemque libri esse existimo, qui non integer aetatem tulerit quemque Christianus quidam eo consilio conscripserit, ut doceret, regnum divinum Iudaeis contumacibus a Deo reiectis iam gentibus utpote piis Christi assectatoribus destinatum esse, quibus laboribus et crudelissimis persecutionibus exantlatis et saevis hostibus a Deo conquassatis optima quaevis speranda essent. itaque haec libri cum Esdrae libro quarto est necessitudo, ut scriptor huic quodammodo correctionem adhibuerit. de libri aetate non habeo quod pro certo affirmem. Alfr. de Gutschmid (Zeitschrift für wissensch. Theologie 1860. p. 1. ss.) Aegyptium quendam priora capita a. fere 201., posteriora a. fere 263. p. Ch. n. Esdrae libro addidisse existimat, Volkmar l. l. p. 277. priora a. fere 160., posteriora a. fere 260 p. Ch. n. adiecta esse narrat, denique utraque ab eodem Christiano occidentali a. 268. p. Ch. n. fortasse Romae scripta esse Hilgenfeld l. l. p. 206. ss. demonstrasse sibi videtur.

Quod Baruchi Apocalypsin in librum meum recepi et post Esdram pseudepigraphum locavi, ideo nemo credo me vituperabit. docte de ea nuper Ioseph. Langen commentatus est Bonnae, 1867. 4. huius libri per integra duo saecula viris doctis extrema tantum pars, nimirum epistula Baruchi ad novem tribus et dimidiam data (cap. 78—86.), cognita erat, cui quid faciendum esset difficile erat dictu. edita est syriace et latine in Bibliis polyglottis tum Parisiensibus IX. p. 366. ss., tum Londinensibus IV. p. 2. ss., syriace nuper emendatius ope codicum Nitriensium musei Brittannici a Paulo de Lagarde (Libri V. T. apocryphi syriace. Lips., 1861. p. 88. ss.), latine a I. Alb. Fabricio l. l. II. p. 145. ss., anglice a G. Whistono l. l. et nuper (Londini, 1855.) a Iolowiczo, gallice denique in l. Dictionnaire des Apocryphes, quem Migne Parisiis publici iuris fecit II. p. 161. ss. tandem A. M. Ceriani integri libri textum syriacum in codice Ambrosiano (B. 21. Inf.) invenit, qui est membranaceus, et in tribus columnis charactere estranghelo scriptus idque iudice Guil. Curetono saeculo sexto. hoc codice usus librum integrum primus Ceriani de sermone syriaco in latinum ad verbum translatum edidit l. l. I. 2. (Mediolani, 1866. 4.) p. 73. ss. videor quidem mihi pluribus locis observasse textum syriacum haud incorruptum ad nos pervenisse, sed cum hoc uti non possem temere in emendanda translatione operam consumpsissem. Ceriani igitur translationem denuo typis exscribendam curavi et pauca admodum eaque fere tantum propter linguae latinae rationes immutavi; poteram plura, sed indole sua eam privari nolui. observationes Ceriani criticas, raras illas quidem, sane non neglexi; capita versibus ego distinxi.

De libro ipso multus esse nolo. prophetici est igitur generis et arcta quadam necessitudine cum libro Esdrae quarto continetur, cf. Langen l. l. p. 6. ss. quemadmodum Baruch quondam Hierosolyma diruta et Iudaeos, qui Babylonem in captivitatem ducebantur, vidit et deploravit, ita iam personatus Baruch Hierosolymis a Romanis dirutis singularem populi sui calamitatem, quam sane propter peccata sua promeruisset, luget. sed ecce de caelo vox auditur, quae animum eius consolando erigit, omnium ei temporum mysteria revelat

eumque de populo suo optima quaevis sperare iubet. brevi Messiam venturum et quarto etiam regno, Romano scilicet, destructo suum constituturum. tum iudicium fore et temporum consummationem; gentes et peccatores meritas poenas subituros, iustos vero aeterna beatitate esse gavisuros. haec Iudaeum non multo post Hierosolyma a Tito eversa conscripsisse manifestum est, sed de anno ipso nolim cum quopiam litigare. neque illud obscurum sermone eum graeco usum esse, cf. Langen l. l. p. 8. s., sed eum in Palaestina vixisse fidentius dixit idem vir doctus l. l. p. 10., probari certe non potest. scriptor ipse etsi paullo est verbosior officio suo tamen non defuit et haud vulgarem scribendi peritiam probavit. testis autem nobis est quae spes etiam tristissimis illis temporibus Iudaeorum sensus moverit et quomodo vanis de rebus extremis opinionibus et somniis inhiaverint, ut animos afflictos recrearent. ceterum hoc libro et aetate et indole ille Baruchi liber pseudepigraphus multo est inferior, quem Aug. Dillmann in Chrestomathia aethiopica (Lips., 1866. 8.) aethiopice ita inscriptum: „Reliqua verborum Baruchi, haud apocrypha, quae ad tempus quo in Babylonia captivi erant pertinent.“, Ceriani l. l. V. 1. (Mediol., 1868. 4.) p. 11. ss. graece ex cod. bibl. regiae Braidensis (AF, IX, 31.) edidit s. t. Τα παραλειπομενα Ιερεμιου του προφητου. textum eius graecum iam in Menaeo Graecorum Venetiis a. 1609. edito legi Ceriani ipse notavit. sed de hoc libro alio tempore si vacat dicam.

Denique Assumptionis Moyseos fragmenta in librum nostrum recepimus. haec cum A. M. Ceriani in codice Ambrosiano palimpsesto invenisset et codicis vestigia accuratissime persecutus additis quibusdam observationibus et emendationibus primus edidisset l. l. I. 1. (Mediol., 1861. 4.) p. 55—64., libelli cum novitas et quaedam gravitas, tum textus eius depravatio viros doctos ita allexit, ut certatim quid coniectando possent experirentur. ediderunt igitur eum ut fieri potuit emendatiorem post Cerianum Ad. Hilgenfeld (in Novi Test. extra canonem receptum fascic. I. Lips., 1866. 8. p. 95. ss.), qui idem eum graeco suo sermoni reddere conatus est et graece edidit bis (in l. Zeitschrift für wissen-

schaftl. Theol. 1868. p. 276. ss. et in l. l. Messias Iudaeorum — p. 437. ss.), dein Gust. Volkmar (Handbuch zu den Apokryphen. 3. Bd., etiam s. tit. Mose Prophetie und Himmelfahrt. Lips., 1867. 8.) denique Maur. Schmidt et Adalb. Merx (in l. Archiv für wissenschaftl. Erforschung des A. Test. Heft 2. Halae, 1868. 8. p. 127. ss.), dum alii, Ios. Langen (Das Iudenthum in Palästina zur Zeit Chi. Freiburg i. Br., 1866. p. 102. ss. 451. ss.), Maur. Haupt (Zeitschrift für wiss. Theol. 1867. p. 448.), Herm. Rönsch (ibid. 1868. p. 89. ss. p. 466. ss. et 1869. p. 213. ss.), Car. Wieseler (Iahrbücher für deutsche Theologie. Bd. 13. Gothae, 1868. p. 622. ss.) T. Colani (Revue de théologie. VI. 2. Strasbourg et Paris, 1868.) et M. Heidenheim (Vierteljahrsschrift für deutsch- u. englisch-theologische Forschung u. Kritik. Bd. 4. Turici, 1868. p. 76. ss.), emendandis singulis locis operam et studium impenderunt.

Codex bibliothecae Ambrosianae (C. 73. Inf.), ex quo tum alia tum Assumptionis Mosis fragmenta Ceriani in lucem protraxit, idem est ex quo A. Peyron Ciceronis orationum fragmenta inedita desumpsit et Stuttgardiae 1824. 4. in lucem edidit. de hoc libro duce Ceriano (l. l. p. 1—3. 10—13.) haec habe. codex est rescriptus, saeculo sexto haud inferior, fortasse antiquior, et erat olim bibliothecae coenobii Bobiensis. quaevis pagina duas habet columnas, quas ego accurate exscribendas curavi, cum Ceriani duas in unam compegisset addita litera a ubi prior, et b ubi posterior inciperet. singula codicis folia non eo ordine quo debebat ab homine imperito compacta, sed miro modo disiecta et confusa sunt, uti patet ex numeris paginarum codicis, quos singulis paginis supra praefigendos curavi. „quaeque pagina alta est 29 centim. fere, lata fere 24; columnae altae 21 fere, nisi numerus linearum excedat, latae simul sumptae cum margine interiori 19, singulae 8, paullo plus, sed in utraque columna literae initiales fere spatio dimidiae literae praescribuntur, et saepe in fine lineae minoribus fere semper literis paullo scriba praetergressus est. lineae in quaque columna 24, nisi quod rarissime linea una, vel voces adduntur inferius. initiales literae, quae et in contextu interdum occurrunt, paullo maiores ceteris sunt.“ codex

scriptione continua exaratus est, sed ita edidi ut Ceriani verba distinxit, nisi quod in fine linearum verborum inchoatorum lineolas coniunctivas delevi. interpunctio est rarissima et modo punctum, modo linea crassa paullo inflexa perpendiculariter, rarissime horizontaliter, semper fere ad verticem literarum. porro Ceriani haec: „saepe linea crassa inflexa perpendicularis breviationi notandae inservit; tunc, quia breviata semper integra dedi, sustuli, licet simul pro interpunctione aliquando inservire debeat. secundae manus vestigia certa non reperi, rarissime rasuras; correctiones interdum prima manu, ut apparet, superscribuntur; punctis superne positis interdum delenda notantur. ubi legere non potui, puncta apposui; charactere vero cursivo dedi quae non tuto deprehendere mihi videbar.“ ceterum scribam officio suo admodum oscitanter functum esse doctissimus quisque facile deprehendet.

Arduum sane et magni erat negotii hunc libellum mirum quantum corruptum emendare, feci tamen quod potui. omnia virorum doctorum consilia, vel etiam commenta et opinionum monstra referre nihil attinuit, attuli tamen tum ea quibus me occupaverant, tum alia, sive probabilia sive alio nomine memorabilia, ne aliorum molimina contempsisse viderer. uncis [ ] ea verba inclusi, quibus vel codicis lacunas explevi, vel quae coniectando de meis adieci. signo — tum codicis lacunas notavi, quas explere temerarium mihi videbatur, tum significavi in codice quaedam omissa esse mihi videri, ceterum in notis hic et illic quid rei esset monens. ubi singulae literae in codice legi non poterant, quas coniectando redintegrare non audebam, ut in codicis editione quot excidisse videantur punctis indicavi. capita denique versibus distinxi.

Assumptio Moyseos, quam integram στίχων ϙυ′ fuisse Nicephorus Constantinopolitanus in stichometria chronico compendio subiecta adnotavit, a veteribus ecclesiae scriptoribus saepius memoratur eiusque etiam paucula fragmenta afferuntur, v. ad 1, 14. locos praecipuos hic placet transscribere. Origenes de princ. 3, 2. 1.: de quo (serpente) in Adscensione Mosis, cuius libelli meminit in epistola sua apostolus Iudas (vs. 9.), Michael archangelus cum Diabolo

disputans de corpore Mosis, ait a Diabolo inspiratum serpentem causam exstitisse praevaricationis Adae et Evae. Apollinaris (Nicephori Catena. Lips., 1772. f. I. p. 1313.): Σημειωτέον, ὅτι καὶ ἐν τοῖς χρόνοις Μωϋσέως ἦσαν καὶ ἄλλαι βίβλοι, αἳ νῦν εἰσὶν ἀπόκρυφοι, ὡς δηλοῖ καὶ ἡ τοῦ Ἰούδα ἐπιστολή, ὅπου διδάσκει καὶ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος (vs. 9), καὶ ἔνθα μέμνηται ὡς ἐκ παλαιᾶς γραφῆς· ἰδοὺ κύριος ἦξει, καὶ τὰ ἑξῆς (vs. 14. 15.). Didymus Alex. in ep. Iudae ap. enarratio (Gallandi Bibl. patr. VI. p. 307.): licet adversarii huius contemplationis praescribunt praesenti epistolae et Moyseos Assumtioni propter eum locum ubi significatur verbum Archangeli de corpore Moyseos ad Diabolum factum. Gelasius Cyzicenus in commentario Act. concilii Nicaeni 2, 20. (Mansi Concil. II. p. 857.): ἐν βίβλῳ Ἀναλήψεως Μώσεως Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ λέγει· ἀπὸ γὰρ πνεύματος ἁγίου αὐτοῦ πάντες ἐκτίσθημεν. καὶ πάλιν λέγει· ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ὁ κόσμος ἐγένετο. Clem. Alex. Strom. 6, 15. (ed. Potter II. p. 806.): εἰκότως ἄρα καὶ τὸν Μωϋσέα ἀναλαμβανόμενον διττὸν εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ, καὶ τὸν μὲν μετ' ἀγγελων, τὸν δὲ ἐπὶ τὰ ὄρη περὶ τὰς φάραγγας κηδείας ἀξιούμενον. εἶδεν δὲ Ἰησοῦς τὴν θέαν ταύτην κάτω, πνεύματι ἐπαρθεὶς σὺν καὶ τῷ Χαλέβ· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἀμφὼ θεῶνται, ἀλλ' ὁ μὲν καὶ θᾶττον κατῆλθεν, πολὺ τὸ βρίθον ἐπαγόμενος, ὁ δὲ ἐπικατελθὼν ὕστερον τὴν δόξαν διηγεῖτο ἣν ἐθεᾶτο, διαθρῆσαι δυνηθεὶς μᾶλλον θατέρου, ἅτε καὶ καθαρώτερος γενόμενος· δηλούσης οἶμαι τῆς ἱστορίας, μη πάντων εἶναι τὴν γνῶσιν. Origenes in libr. Iesu Nave hom. 2, 1.: denique et in libello quodam, licet in canone non habeatur, mysterii tamen huius figura describitur. refertur enim quia duo Moses videbantur, unus vivus in spiritu, alius mortuus in corpore. Evodius Uzalensis episc. (Augustini epistol. 158. Op. ed. Bened. Antw. 1700. II. p. 426.): quamquam et in apocryphis et in secretis ipsius Moysi, quae scriptura caret auctoritate, tunc cum ascenderet in montem ut moreretur, vi corporis efficitur ut aliud esset quod terrae mandaretur, aliud quod angelo comitanti sociaretur.

Epistulae Iudae scriptorem opinionem de Michaele archangelo cum Diabolo de Moyseos corpore altercante ex nostro libro mutuatum esse et veteres crediderunt et nunc

etiam viri docti vulgo existimant. hoc fieri potuisse non nego, quamquam mihi quidem haud improbabile videtur, utrumque scriptorem vulgarem traditionem, quae tum inter Iudaeos vigeret secutum esse. Iudaei posterioribus temporibus in Moyseos vita mire exornanda valde sibi placuerunt, cf. Fabricii Cod. pseudepigr. V. T. I. p. 813. ss. hoc vero utut est, illud demiror, quod Hilgenfeld l. l. p. LXXII. Paulum apostolum Gal. 3, 19., Iohannem Apoc. 17, 10. 13, 10. et Matthaeum 17, 3. s. hunc librum secutum esse serio dixit. porro etiam Clementem Romanum (ep. I.) quaedam ex nostro libro hausisse coniectavit nec dubitavit quatuor locos utpote fragmenta p. 458. s. venditare. hoc verum falsumve sit nemo dixerit, coniectura autem quae non habet quo nitatur nulla est.

Restat ut qua lingua scriptor usus sit et quando vixerit dicamus. non est quidem dubium, quin latine quae supersunt ex sermone graeco translata sint, sed scriptorem ipsum non graeca, sed hebraica vel aramaea lingua usum esse praeeunte Ewaldo (Geschichte Christus' u. seiner Zeit. ed. III. Gott., 1867. 8. p. 73. s.) viri quidam docti contendunt, inprimis vero Merx non pauca sermonis aramaei vestigia deprehendisse sibi visus est. in tanta versionis latinae corruptione et mutilatione incertum sane est iudicium, sed cum oratio fere indolem graecam referat, scriptorem Iudaeum ea quoque quae linguae hebraicae ingenium redolent graece scribere potuisse facile tibi persuadebis. denique eum hunc librum non paullo post (Wieseler a. II. a. Chr., Ewald a. VI. p. Chr.), sed aliquanto post Herodem Magnum mortuum sexto fere saeculi primi decennio (Hilgenfeld a. fere XLIV., Merx intra annos LIV—LXIV.) condidisse ex cap. VI. et sequ. cognoscitur. ultra Hierosolymorum vero ruinam non licet progredi, cuius nec vola est nec vestigium. ulterius tamen progressus est Volkmar et librum intra a. CXXXV—CXXXVIII conscriptum esse probare conatus est. non equidem nego plura eum acute dixisse, sed fere subtilius quam verius disputavit et vana commentus est, quibus sententiam suam tueretur.

Scribebam Turici mense Septembri a. MDCCCLXX.

Libri Veteris Testamenti pseudepigraphi selecti.

pag.

Praefatio v

Ψαλμοὶ Σαλομῶντος 1

Liber Esdrae quartus 22

Liber Esdrae quintus 72

Apocalypsis Baruchi 86

Assumptionis Moyseos fragmenta 132

Index nominum 163

ΨΑΛΜΟΙ ΣΑΛΟΜΩΝΤΟΣ.

I. Ἐβόησα πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με εἰς τέλος,
πρὸς τὸν θεὸν ἐν τῷ ἐπιθέσθαι ἁμαρτωλούς.
2 ἐξάπινα ἠκούσθη κραυγὴ πολέμου ἐνώπιόν μου·
ἐπακούσεταί μου, ὅτι ἐπλήσθην δικαιοσύνης.
3 ἐλογισάμην ἐν καρδίᾳ μου ὅτι ἐπλήσθην δικαιοσύνης,
ἐν τῷ εὐθηνῆσαί με καὶ πολὺν γενέσθαι ἐν τέκνοις.
4 ὁ πλοῦτος αὐτῶν διέλθοι εἰς πᾶσαν τὴν γῆν,
καὶ ἡ δόξα αὐτῶν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.
5 ὑψώθησαν ἕως τῶν ἄστρων,
εἶπον· οὐ μὴ πέσωσιν.
6 καὶ ἐξύβρισαν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτῶν,
καὶ οὐκ ἤνεγκαν·
7 αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἐν ἀποκρύφοις,
κἀγὼ οὐκ ἤδειν·
8 αἱ ἀνομίαι αὐτῶν ὑπὲρ τὰ πρὸ αὐτῶν ἔθνη,
ἐβεβήλωσαν τὰ ἅγια κυρίου ἐν βεβηλώσει.

II. Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἁμαρτωλὸν, ἐν κριῷ κατέβαλε τείχη ὀχυρὰ,
καὶ οὐκ ἐκώλυσας.
2 ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου ἔθνη ἀλλότρια,
κατεπάτουν ἐν ὑποδήμασιν αὐτῶν ἐν ὑπερηφανίᾳ.
3 ἀνθ' ὧν οἱ υἱοὶ Ἱερουσαλὴμ ἐμίαναν τὰ ἅγια κυρίου,
ἐβεβήλουν τὰ δῶρα τοῦ θεοῦ ἐν ἀνομίαις·

I. inscriptio cod. A.: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν α', abest a V. — 4. Fabricius: forte διῆλθε — εἶπον Hilgenfeldii emendatio est, libri εἶπαν — 8. ἀνομίαι V., ἁμαρτίαι A.

II. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν περὶ Ἱερουσαλὴμ β'. —

4 ἕνεκεν τούτων εἶπεν· ἀπορρίψατε αὐτὰ μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ,
οὐκ εὐδοκῶ ἐν αὐτοῖς.
5 τὸ κάλλος τῆς δόξης αὐτῶν ἐξουθενήθη,
ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἠτιμώθη εἰς τέλος.

6 Οἱ υἱοὶ καὶ αἱ θυγατέρες ἐν αἰχμαλωσίᾳ πονηρᾷ,
ἐν σφραγῖδι ὁ τράχηλος αὐτῶν, ἐν ἐπισήμῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι.
7 κατὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐποίησεν αὐτοῖς·
ὅτι ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας κατισχυόντων,
8 ἀπέστρεψε γὰρ πρόςωπον αὐτοῦ ἀπὸ ἐλέου αὐτῶν,
νέον καὶ πρεσβύτην καὶ τέκνα αὐτῶν εἰςάπαξ·
9 ὅτι πονηρὰ ἐποίησαν εἰςάπαξ τοῦ μὴ ἀκούειν.
10 καὶ ὁ οὐρανὸς ἐβαρυθύμησε,
καὶ ἡ γῆ ἐβδελύξατο αὐτούς·
11 ὅτι οὐκ ἐποίησε πᾶς ἄνθρωπος ἐπ' αὐτῆς ὅσα ἐποίησαν,
12 καὶ γνώσεται ἡ γῆ τὰ κρίματά σου πάντα τὰ δίκαια.

13 Ὁ θεὸς ἔστησεν τοὺς υἱοὺς Ἰερουσαλὴμ εἰς ἐμπαιγμόν·
ἀντὶ πόρνων ἐν αὐτῇ πᾶς ὁ παραπορευόμενος εἰςεπορεύετο,
κατέναντι τοῦ ἡλίου ἐνέπαιζον ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν,
14 καθὰ ἐποίουν αὐτοὶ ἀπέναντι τοῦ ἡλίου, παρεδειγμάτισαν ἀδικίας αὐτῶν.
καὶ θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ βέβηλοι κατὰ τὸ κρίμα σου,
15 ἀνθ' ὧν αὐταὶ ἐμίαινον ἑαυτὰς ἐν φυρμῷ ἀναμίξεως.
τὴν κοιλίαν μου καὶ τὰ σπλάγχνα μου πονῶ ἐπὶ τούτοις.

16 Ἐγὼ δικαιώσω σε, ὁ θεὸς, ἐν εὐθύτητι καρδίας,
ὅτι ἐν τοῖς κρίμασί σου ἡ δικαιοσύνη σου, ὁ θεός·
17 ὅτι ἀπέδωκας τοῖς ἁμαρτωλοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν,
κατὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν τὰς πονηρὰς σφόδρα.
18 ἀνεκάλυψας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ἵνα φανῇ τὸ κρίμα σου·

---

4. οὐκ εὐδοκῶ ἐν αὐτοῖς recte restituit Hilgenfeld; οὐκ εὐώδω ἡ αὐτοῖς V.; οὐκ εὐωδώδει εὐωδία ἡ αὐτοῖς A. — 5. αὐτῶν ego scripsi, libri αὐτοῦ — ἠτιμώθη A.; ἠτιμένθη V.; Hilgenfeld scripsit ἠτιμήθη.

8. ἐλέους A.

13. scripsi πόρνων, vulgo legitur πορνῶν. scribendum esse ἀντὶ πορνῶνος αὕτη coniectura haud probabili dixit de Lagarde. — 14. non probandus Hilgenfeld, qui pro καθὰ scripsit κακὰ, nec magis de Lagarde cum voce καθὰ retenta παρεδειγμάτισεν scribendum esse diceret. — 15. αὐταὶ Hilgenfeld; αὗται V. Fabric., αὕθαι Cerda.

19 ἐξήλειψας τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἀπὸ τῆς γῆς.
ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ οὐ Θαυμάσει πρόςωπον.
20 κατέσπασε τὸ κάλλος αὐτῆς ἀπὸ Θρόνου δόξης,
ὠνείδισαν γὰρ ἔΘνη Ἱερουσαλὴμ ἐν καταπατήσει.
21 περιεζώσατο σάκκον ἀντὶ ἐνδύματος εὐπρεπείας,
σχοινίον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀντὶ στεφάνου,
22 περιείλετο μίτραν δόξης, ἣν περιέΘηκεν αὐτῇ ὁ Θεός·
23 ἐν ἀτιμίᾳ τὸ κάλλος αὐτῆς ἀπερρίφη ἐπὶ τὴν γῆν.

24 Καὶ ἐγὼ εἶδον καὶ ἐδεήΘην τοῦ προςώπου κυρίου καὶ εἶπον·
ἱκάνωσον, κύριε, τοῦ βαρύνεσΘαι χεῖρά σου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἐπαγωγῇ ἐΘνῶν,
25 ὅτι ἐνέπαιξαν καὶ οὐκ ἐφείσαντο ἐν ὀργῇ καὶ Θυμῷ μετὰ μηνίσεως,
26 καὶ συντελεσΘήσονται, ἐὰν μὴ σὺ, κύριε, ἐπιτιμήσῃς αὐτοῖς ἐν ὀργῇ σου·
27 ὅτι οὐκ ἐν ζήλῳ ἐποίησαν, ἀλλὰ ἐν ἐπιΘυμίᾳ ψυχῆς,
28 ἐκχέαι τὴν ὀργὴν αὐτῶν εἰς ἡμᾶς ἐν ἁρπάγματι.
μὴ χρονίσῃς, ὁ Θεὸς, τοῦ ἀποδοῦναι αὐτοῖς εἰς κεφαλὰς,
29 τοῦ εἴκειν τὴν ὑπερηφανίαν τοῦ δράκοντος ἐν ἀτιμίᾳ.

30 Καὶ οὐκ ἐχρόνισεν ἕως ἔδειξέ μοι ὁ Θεὸς
τὴν ὕβριν αὐτοῦ ἐκκεκεντημένην ἐπὶ τῶν ὀρέων Αἰγύπτου,
ὑπ' ἐλαχίστου ἐξουδενωμένον ἐπὶ γῆς καὶ Θαλάσσης,
31 τὸ σῶμα αὐτοῦ διεφΘαρμένον ἐπὶ κυμάτων ἐν ὕβρει πολλῇ,
καὶ οὐκ ἦν ὁ Θάπτων·
32 ὅτι ἐξουδένωσεν αὐτὸν ἐν ἀτιμίᾳ.
οὐκ ἐλογίσατο ὅτι ἄνΘρωπός ἐστι,
καὶ τὸ ὕστερον οὐκ ἐλογίσατο.
33 εἶπεν· ἐγὼ κύριος γῆς καὶ Θαλάσσης ἔσομαι,
καὶ οὐκ ἐπέγνω ὅτι ὁ Θεὸς μέγας,
κραταιὸς ἐν ἰσχύϊ αὐτοῦ τῇ μεγάλῃ.

---

24. ἐπαγωγῇ Hilgenfeld; libri: ἀπαγωγῇ — 25. ἐνέπαιξαν V.; ἔπαιξαν A. — 26. pro συντελεσΘήσονται videtur scribendum συντελεσΘησόμεΘα, cf. vs. 28. Hilgenfeld: καὶ οὐ συντελεσΘήσονται — 29. εἴκειν Hilgenfeld; εἰπεῖν codices; ἰδεῖν corrigi voluit Fabricius.

30. ἐχρόνισεν] ἐχρόνισα codices; sed iam Cerda, quem Fabricius secutus est, recte emendavit cum verteret: distulit. — ἐκκεκεντημένην Hilgenfeld; ἐκκεκεντημένου codices — ὑπ' Hilgenfeld; ὑπὲρ codices —

34 αὐτὸς βασιλεὺς ἐπὶ τῶν οὐρανῶν
καὶ κρίνων βασιλεῖς καὶ ἀρχὰς,
35 ἀνιστῶν ἐμὲ εἰς δόξαν
καὶ κομίζων ὑπερηφάνους εἰς ἀπώλειαν αἰώνιον ἐν ἀτιμίᾳ,
ὅτι οὐκ ἔγνωσαν αὐτόν.

36 Καὶ νῦν ἴδετε, οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, τὸ κρίμα κυρίου,
ὅτι μέγας βασιλεὺς καὶ δίκαιος κρίνων τὴν ὑπ' οὐρανόν.
37 εὐλογεῖτε τὸν θεὸν, οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ἐν ἐπιστήμῃ,
ὅτι τὸ ἔλεος κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν μετὰ κρίματος,
38 τοῦ διαστεῖλαι ἀνὰ μέσον δικαίου καὶ ἁμαρτωλοῦ,
ἀποδοῦναι ἁμαρτωλοῖς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν,
39 καὶ ἐλεῆσαι δίκαιον ἀπὸ ταπεινώσεως ἁμαρτωλοῦ,
καὶ ἀποδοῦναι ἁμαρτωλῷ ἀνθ' ὧν ἐποίησε δικαίῳ·
40 ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ὑπομονῇ.
ποιήσαι κατὰ τὸ ἔλεος αὐτοῦ τοῖς μετ' αὐτοῦ,
παρεστάναι διὰ παντὸς ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ.
41 εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τῶν δούλων αὐτοῦ.

III. Ἱνατί ὑπνοῖς, ψυχὴ, καὶ οὐκ εὐλογεῖς τὸν κύριον;
2 ὕμνον καινὸν ψάλατε τῷ θεῷ τῷ αἰνετῷ.
ψάλλε καὶ γρηγόρησον ἐπὶ τὴν γρηγόρησιν αὐτοῦ,
ὅτι ἀγαθὸς ψαλμὸς τῷ θεῷ ἐξ ὅλης καρδίας.

3 Δίκαιοι μνημονεύουσι διὰ παντὸς τοῦ κυρίου,
ἐν ἐξομολογήσει καὶ δικαιώσει τὰ κρίματα κυρίου.
4 οὐκ ὀλιγωρήσει δίκαιος παιδευόμενος ὑπὸ κυρίου,
ἡ εὐδοκία αὐτοῦ διὰ παντὸς ἐναντίον κυρίου.
5 προσέκοψεν ὁ δίκαιος καὶ ἐδικαίωσε τὸν κύριον,
ἔπεσε καὶ ἀποβλέπει τί ποιήσει αὐτῷ ὁ θεός·
6 ἀποσκοπεύει, ὅθεν ἥξει σωτηρία αὐτοῦ.

7 Ἀλήθεια τῶν δικαίων παρὰ θεοῦ σωτῆρος αὐτῶν,
οὐκ αὐλίζεται ἐν οἴκῳ τοῦ δικαίου ἁμαρτία ἐφ' ἁμαρτίαν.

---

35. κομίζων ego scripsi, libri: κοιμίζων.
40. ποιήσαι Hilgenfeld; ποιῆσαι Cerda et Fabricius — 41. τῶν om. V.
III. inscriptio cod. A.: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν περὶ δικαίων γ', abest a V. — 2. ψάλατε V.; ψάλλατε A. Cerda; ψάλλετε Fabricius.

8 ἐπισκέπτεται διὰ παντὸς τὸν οἶκον αὐτοῦ ὁ δίκαιος,
τοῦ ἐξᾶραι ἀδικίαν ἐν παραπτώματι αὐτοῦ.
9 ἐξιλάσατο περὶ ἀγνοίας ἐν νηστείᾳ,
καὶ ταπεινώσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.
10 καὶ ὁ κύριος καθαρίζει πάντα ἄνδρα ὅσιον καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ.

11 Προσέκοψεν ἁμαρτωλὸς, καὶ καταρᾶται ζωὴν αὐτοῦ,
τὴν ἡμέραν γενέσεως αὐτοῦ καὶ ὠδῖνας.
12 προσέθηκεν ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας τῇ ζωῇ αὐτοῦ.
13 ἔπεσεν, ὅτι πονηρὸν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀναστήσεται·
ἡ ἀπώλεια τοῦ ἁμαρτωλοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.
14 καὶ οὐ μνησθήσεται, ὅταν ἐπισκέπτηται δικαίους.
15 αὕτη μερὶς τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς τὸν αἰῶνα.
16 οἱ δὲ φοβούμενοι κύριον ἀναστήσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον,
καὶ ἡ ζωὴ αὐτῶν ἐν φωτὶ κυρίου καὶ οὐκ ἐκλείψει ἔτι.

IV. Ἱνατί σὺ κάθησαι, βέβηλε, ἐν συνεδρίῳ,
καὶ ἡ καρδία σου μακρὰν ἀφέστηκεν ἀπὸ τοῦ κυρίου,
ἐν παρανομίαις παροργίζων τὸν θεὸν Ἰσραήλ;
2 περισσὸς ἐν λόγοις, περισσὸς ἐν σημειώσει ὑπὲρ πάντας,
ὁ σκληρὸς ἐν λόγοις κατακρίνων ἁμαρτωλοὺς ἐν κρίσει.
3 καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐν πρώτοις ἐπ' αἴτιον ὡς ἐν ζήλῳ,
καὶ αὐτὸς ἔνοχος ἐν ποικιλίᾳ ἁμαρτιῶν καὶ ἐν ἀκρασίαις.
4 οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πᾶσαν γυναῖκα ἄνευ διαστολῆς,
ἡ γλῶσσα αὐτοῦ ψευδὴς ἐν συναλλάγματι μετ' ὅρκου·
5 ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἁμαρτάνει ὡς οὐχ ὁρώμενος,
ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ λαλεῖ πάσῃ γυναικὶ ἐν συνταγῇ κακίας,
6 ταχὺς εἰςόδῳ εἰς πᾶσαν οἰκίαν ἐν ἱλαρότητι ὡς ἄκακος.

7 Ἐξάραι, ὁ θεὸς, τοὺς ἐν ὑποκρίσει ζῶντας μετὰ ὁσίων,
ἐν φθορᾷ σαρκὸς αὐτοῦ καὶ πενίᾳ τὴν ζωὴν αὐτοῦ·
8 ἀνακαλύψαι, ὁ θεὸς, τὰ ἔργα ἀνθρώπων ἀνθρωπαρέσκων,
ἐν καταγέλωτι καὶ μυκτηρισμῷ τὰ ἔργα αὐτοῦ·
9 καὶ δικαιώσαιεν οἱ ὅσιοι τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ αὐτῶν
ἐν τῷ ἐξαίρεσθαι ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ προσώπου δικαίου,
10 ἀνθρωπάρεσκον λαλοῦντα νόμον μετὰ δόλου.

IV. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν τοῖς ἀνθρωπαρέσκοις δ'. — 2. σημειώσει V.; σημειῶσαι A. — 3. ἐπ' αἴτιον Hilgenfeld; ἐπ' αὐτὸν codd. — 4. οἱ V.; om. A.

11καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐν οἴκῳ ἀνδρὸς ἐν εὐσταθείᾳ ὡς ὄφις,
διαλῦσαι σοφίαν ἀλλήλων ἐν λόγοις παρανόμων·
12οἱ λόγοι αὐτοῦ παραλογισμοὶ εἰς πρᾶξιν ἐπιθυμίας ἀδίκου.
13οὐκ ἀπέστη, ἕως ἐνίκησε σκορπίσαι ὡς ἐν ὀρφανίᾳ
καὶ ἠρήμωσεν ἕνεκεν ἐπιθυμίας παρανόμου.
14παρελογίσατο ἐν λόγοις, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁρῶν καὶ κρίνων.
15ἐπλήσθη ἐν παρανομίᾳ ἐνταῦθα,
καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ οἶκον ἕτερον ὁλοθρεῦσαι ἐν λόγοις
ἀναπλάσεως.
ουκ ἐμπίπλαται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν πᾶσι τούτοις.

16Γένοιτο, κύριε, ἡ μερὶς αὐτοῦ ἐν ἀτιμίᾳ ἐνώπιόν σου,
ἡ ἔξοδος αὐτοῦ ἐν στεναγμοῖς,
καὶ ἡ εἴσοδος αὐτοῦ ἐν ἀρᾷ·
17ἐν ὀδύναις καὶ ἐν πενίᾳ καὶ ἀπορίᾳ ἡ ζωὴ αὐτοῦ, κύριε,
ὁ ὕπνος αὐτοῦ ἐν ὀδύναις,
καὶ ἡ ἐξέγερσις αὐτοῦ ἐν ἀπορίαις.
18ἀφαιρεθείη ὕπνος ἀπὸ κροτάφων αὐτοῦ ἐν νυκτί,
ἀποπέσοι ἀπὸ παντὸς ἔργου χειρῶν αὐτοῦ ἐν ἀτιμίᾳ.
19κενὸς χερσὶν αὐτοῦ εἰσέλθοι εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ,
καὶ ἐλλιπὴς ὁ οἶκος αὐτοῦ ἀπὸ παντὸς οὗ ἐμπλήσει ψυχὴν αὐτοῦ.
20ἐν μονώσει ἀτεκνίας τὸ γῆρας αὐτοῦ εἰς ἀνάληψιν.
21σκορπισθείησαν σάρκες ἀνθρωπαρέσκων ὑπὸ θηρίων,
καὶ ὀστᾶ παρανόμων κατέναντι τοῦ ἡλίου ἐν ἀτιμίᾳ,
22ἐκκόψειαν κόρακες ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων ὑποκρινομένων,
23ὅτι ἠρήμωσαν οἴκους πολλοὺς ἀνθρώπων ἐν ἀτιμίᾳ,
καὶ ἐσκόρπισαν ἐν ἐπιθυμίᾳ·
24καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν θεοῦ
καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν θεὸν ἐν πᾶσι τούτοις·
25καὶ παρώργισαν τὸν θεὸν καὶ παρώξυναν.
ἐξάραι αὐτοὺς ἀπὸ τῆς γῆς,
ὅτι ψυχὰς ἀκάκων παραλογισμῷ ὑπεκρίνοντο.

---

13. ἀπέστη Hilgenfeld; ἀνέστη codd. — 15. ἐνταῦθα ego correxi; ἐν αὐλῇ Hilgenfeld; ἐν ταύτῃ codd. — ἐν λόγοις ἀναπλάσεως mea est emendatio; ἐν λόγοις ἀναπτερώσεως cdd.; Hilgenfeld: ἐν λόγοις. ἀναπληρώσεως.

19. ἐνπλήσει V.; ἐμπλήσαι A. — 21. σκορπισθείησαν Hilgenfeld; σκορπίσθησαν codd. — ὑπὸ V.; ἀπὸ A.

26 Μακάριοι οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ἐν ἀκακίᾳ αὐτῶν.
27 ὁ κύριος ῥύσεται αὐτοὺς ἀπὸ ἀνθρώπων δολίων καὶ ἁμαρτωλῶν,
καὶ ῥύσεται ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς σκανδάλου παρανόμου.
28 ἐξάραι ὁ θεὸς τοὺς ποιοῦντας ἐν ὑπερηφανίᾳ πᾶσαν ἀδικίαν,
ὅτι κριτὴς μέγας καὶ κραταιὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν δικαιοσύνῃ.
29 γένοιτο, κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐπὶ πάντας τοὺς ἀγαπῶντάς σε.

V. Κύριε ὁ θεὸς, αἰνέσω τῷ ὀνόματί σου ἐν ἀγαλλιάσει,
ἐν μέσῳ ἐπισταμένων τὰ κρίματά σου τὰ δίκαια·
2 ὅτι σὺ χρηστὸς καὶ ἐλεήμων εἶ, καταφυγὴ τοῦ πτωχοῦ.
3 ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σὲ μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ·
4 οὐ γὰρ λήψεται σκῦλα ἄνθρωπος παρὰ ἀνδρὸς δυνατοῦ.
5 καὶ τίς λήψεται ἀπὸ πάντων ὧν ἐποίησας, ἐὰν μὴ σὺ δῷς;
6 ὅτι ἄνθρωπος καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ παρὰ σοὶ ἐν σταθμῷ,
οὐ προσθήσει τοῦ πλεονάσαι παρὰ τὸ κρίμα σου, ὁ θεός.

7 Ἐν τῷ θλίβεσθαι ἡμᾶς ἐπικαλεσόμεθά σε εἰς βοήθειαν,
καὶ σὺ οὐκ ἀποστρέψεις τὴν δέησιν ἡμῶν,
ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν.
8 μὴ βαρύνῃς τὴν χεῖρά σου ἐφ' ἡμᾶς,
ἵνα μὴ δι' ἀνάγκην ἁμάρτωμεν.
9 καὶ ἐὰν μὴ ἐπιστρέψῃς πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἀφεξόμεθα,
ἀλλὰ ἐπὶ σὲ ἥξομεν.
10 ἐὰν γὰρ πεινάσω, πρὸς σὲ κεκράξομαι, ὁ θεός,
καὶ σὺ δώσεις μοι.
11 τὰ πετεινὰ καὶ τοὺς ἰχθύας σὺ τρέφεις
ἐν τῷ διδόναι σε ὑετὸν ἐν ἐρήμοις εἰς ἀνατολὴν χλόης,
ἑτοιμάσαι χορτάσματα ἐν ἐρήμῳ παντὶ ζῶντι.
12 καὶ ἐὰν πεινάσωσι, πρὸς σὲ ἀροῦσι πρόσωπα αὐτῶν.
13 τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ λαοὺς σὺ τρέφεις, ὁ θεός,
καὶ πτωχοῦ καὶ πένητος ἡ ἐλπὶς τίς ἐστιν, εἰ μὴ σὺ, κύριε;
14 καὶ σὺ ἐπακούσῃ, ὅτι τίς χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, ἀλλ' ἢ σὺ,
εὐφρᾶναι ψυχὴν ταπεινοῦ ἐν τῷ ἀνοῖξαι χεῖρά σου ἐν ἐλέῳ;
15 ἡ χρηστότης ἀνθρώπου ἐν φίλῳ καὶ ἡ αὔριον,
καὶ ἐὰν καὶ δευτερώσῃ ἄνευ γογγυσμοῦ, καὶ τοῦτο θαυμάσειας·

V. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν ε'.

7. εἶ] εἷς Hilgenfeld — 9. πρὸς ἡμᾶς ego scripsi; libri: ἡμᾶς — 15. φίλῳ] φηλῷ Hilgenfeld — ἡ αὔριον] ἐπ' αὔριον Hilgenfeld —

16 τὸ δὲ δόμα σου πολὺ μετὰ χρηστότητος καὶ πλούσιον,
καὶ οὗ ἔστιν ἐπὶ σέ, κύριε, ἡ ἐλπίς, οὐ φείσει ἐν δόματι.
17 ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν τὸ ἔλεός σου, κύριε, ἐν χρηστότητι.

18 Μακάριος οὗ μνημονεύει ὁ θεὸς ἐν συμμετρίᾳ αὐταρκεσίας·
19 ἐὰν ὑπερπλεονάσῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐξαμαρτάνει.
20 ἱκανὸν τὸ μέτριον ἐν δικαιοσύνῃ,
καὶ ἐν τούτῳ ἡ εὐλογία κυρίου εἰς πλησμονὴν ἐν δικαιοσύνῃ.
21 εὐφρανθείησαν οἱ φοβούμενοι κύριον ἐν ἀγαθοῖς,
καὶ ἡ χρηστότης σου ἐπὶ Ἰσραὴλ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.
22 εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου,
ὅτι αὐτὸς βασιλεὺς ἡμῶν.

VI. Μακάριος ἀνὴρ οὗ ἡ καρδία αὐτοῦ ἑτοίμη ἐπικαλεῖσθαι
τὸ ὄνομα κυρίου·
2 ἐν τῷ μνημονεύειν αὐτὸν τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται.
3 αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κατευθύνονται ὑπὸ κυρίου,
καὶ πεφυλαγμένα ἔργα χειρῶν αὐτοῦ.
4 ἀπὸ ὁράσεων πονηρῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ οὐ ταραχθήσεται ἡ ψυχὴ
αὐτοῦ,
5 ἐν διαβάσει ποταμῶν καὶ σάλῳ θαλασσῶν οὐ πτοηθήσεται.
6 ἐξανέστη ἐξ ὕπνου αὐτοῦ,
καὶ εὐλόγησε τὸ ὄνομα κυρίου.
7 ἐπ' εὐσταθείᾳ καρδίας αὐτοῦ ἐξύμνησε τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ αὐτοῦ,
καὶ ἐδεήθη τοῦ προσώπου κυρίου περὶ παντὸς τοῦ οἴκου αὐτοῦ·
8 καὶ κύριος εἰσήκουσε προσευχὴν παντὸς ἐν φόβῳ θεοῦ,
καὶ πᾶν αἴτημα ψυχῆς ἐλπιζούσης πρὸς αὐτὸν ἐπιτελεῖ κύριος.
9 εὐλογητὸς κύριος ὁ ποιῶν ἔλεον τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ.

VII. Μὴ ἀποσκηνώσῃς ἀφ' ἡμῶν, ὁ θεός,
ἵνα μὴ ἐπιθῶνται ἡμῖν οἱ μισήσαντες ἡμᾶς δωρεάν·
2 ὅτι ἀπώσω αὐτούς, ὁ θεός·
μὴ πατησάτω ὁ ποὺς αὐτῶν κληρονομίαν ἁγιάσματός σου.

---

16. φείσει mea est emendatio; φείσεται V.; φύσται A.; φυσάεται, inflabitur, Cerda et Fabricius.

18. αὐταρκεσίας] αὐταρκείας Hilgenfeld — εὐφρανθείησαν ex correctione scripsi; libri: εὐφράνθησαν.

VI. inscriptio: Ψαλμὸς ἐν ἐλπίδι τῷ Σαλομὼν ϛ'. — 5. σάλῳ de Lagarde; σάλων V. Cerda et Fabric.; σαλῶν A. — 9. εὐλογητὸς V.; εὐλογήτω A.

VII. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν ἐπιστροφῆς ζ'.

3σὺ ἐν ϑελήματί σου παίδευσον ἡμᾶς,
καὶ μὴ δῷς ἔϑνεσιν.
4ἐὰν γὰρ ἀποστείλῃς ϑάνατον,
σὺ ἐντελεῖ αὐτῷ περὶ ἡμῶν,
ὅτι σὺ ἐλεήμων,
καὶ οὐκ ὀργισϑήσῃ τοῦ συντελέσαι ἡμᾶς.

5Ἐν τῷ κατασκηνοῦν τὸ ὄνομά σου ἐν μέσῳ ἡμῶν ἐλεη-
ϑησόμεϑα,
6καὶ οὐκ ἰσχύσει πρὸς ἡμᾶς ἔϑνος,
ὅτι σὺ ὑπερασπιστὴς ἡμῶν.
7καὶ ἡμεῖς ἐπικαλεσόμεϑά σε,
καὶ σὺ ἐπακούσῃ ἡμῶν·
8ὅτι σὺ οἰκτειρήσεις τὸ γένος Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα,
καὶ οὐκ ἀπώσῃ.
καὶ ἡμεῖς ὑπὸ ζυγόν σου εἰς τὸν αἰῶνα,
καὶ ὑπὸ μάστιγα παιδείας σου.
9κατευϑυνεῖς ἡμᾶς ἐν καιρῷ ἀντιλήψεώς σου,
τοῦ ἐλεῆσαι τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς ἡμέραν ἐν ᾗ ἐπηγγείλω αὐτοῖς.

VIII. Θλῖψιν καὶ φωνὴν πολέμου ἤκουσε τὸ οὖς μου,
φωνὴν σάλπιγγος ἠχούσης σφαγὴν καὶ ὄλεϑρον·
2φωνὴ λαοῦ πολλοῦ ὡς ἀνέμου πολλοῦ σφόδρα,
ὡς καταιγὶς πυρὸς πολλοῦ φερομένου δι' ἐρήμου.
3καὶ εἶπον ἐν τῇ καρδίᾳ μου· ποῦ ἄρα κρινεῖ αὐτὸν ὁ ϑεός;
4φωνὴν ἤκουσα· ἐν Ἱερουσαλὴμ πόλει ἁγιάσματος.
5συνετρίβη ἡ ὀσφύς μου ἀπὸ ἀκοῆς,
παρελύϑη γόνατά μου.
6ἐφοβήϑη ἡ καρδία μου,
ἐταράχϑη τὰ ὀστᾶ μου ὡς λίνον.
7εἶπον· κατευϑυνοῦσιν ὁδοὺς αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ.

---

4. σὺ ἐντελεῖ ego scripsi; σὺ ἐντελῇ Hilgenfeld; σὺν ἐντολῇ codd. — 8. οἰκτειρήσεις Hilgenfeld; οἰκτηρήσεις codd. — εἰς post σου addidit Fabricius, om. codd. Cerda Hilgenfeld — addidi ὑπὸ ante μάστιγα, uti iam de Lagarde suasit; libri om. — 9. κατευϑυνεῖς de Lagarde Hilgenfeld; κατευϑύνεις codd. Cerda Fabricius, sed hi verterunt: diriges.

VIII. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν εἰς νῖκος (V., εἰς νίκας A.) ἡ'. — 3. ante τῇ addidi ἐν, om. codd. — 4. πόλιν V. — 7. κατευϑυνοῦσιν ego scripsi, libri κατευϑύνουσιν. Hilgenfeld: εἶπον κατευϑύνουσιν.

Ἀνελογισάμην τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς,
ἐδικαίωσα τὸν Θεὸν ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτοῦ τοῖς ἀπ' αἰῶνος.
8 ἀνεκάλυψεν ὁ Θεὸς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐναντίον τοῦ ἡλίου,
ἔγνω πᾶσα ἡ γῆ τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ τὰ δίκαια.
9 ἐν καταγαίοις κρυφίοις αἱ παρανομίαι αὐτῶν,
10 ἐν παροργισμῷ υἱὸς μετὰ μητρὸς, καὶ πατὴρ μετὰ Θυγατρὸς συνεφύροντο·
11 ἐμοιχῶντο ἕκαστος γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ,
συνέΘεντο αὐτοῖς συνΘήκας μετὰ ὅρκου περὶ τούτων·
12 τὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ διήρπαζον, οὐκ ὄντος κληρονόμου λυτρουμένου,
13 ἐπάτουν τὸ Θυσιαστήριον κυρίου ἀπὸ πάσης ἀκαΘαρσίας,
καὶ ἐν ἀφέδρῳ αἵματος ἐμίαινον τὰς Θυσίας ὡς κρέα βέβηλα.
14 οὐ παρέλιπον ἁμαρτίαν, ἣν οὐκ ἐποίησαν ὑπὲρ τὰ ἔΘνη.

15 Διὰ τοῦτο ἐκέρασεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα πλανήσεως,
ἐπότισεν αὐτοὺς ποτήριον οἴνου ἀκράτου εἰς μέΘην.
16 ἤγαγε τὸν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, τὸν παίοντα κραταιῶς,
17 ἔκρινε τὸν πόλεμον ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν γῆν αὐτῆς.
18 ἀπήντησαν αὐτῷ οἱ ἄρχοντες τῆς γῆς μετὰ χαρᾶς,
εἶπον αὐτῷ· ἐπευκτὴ ἡ ὁδός σου, δεῦτε, εἰσέλΘετε μετ' εἰρήνης.
19 ὡμάλισαν ὁδοὺς τραχείας ἀπὸ εἰσόδου αὐτῶν,
ἤνοιξαν πύλας ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ,
ἐστεφάνωσαν τείχη αὐτῆς.
20 εἰσῆλΘεν ὡς πατὴρ εἰς οἶκον υἱῶν αὐτοῦ μετ' εἰρήνης,
ἔστησε τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ ἀσφαλείας πολλῆς,
21 κατελάβετο τὰς πυργοβάρεις αὐτῆς καὶ τὸ τεῖχος Ἱερουσαλήμ·
22 ὅτι Θεὸς ἤγαγεν αὐτὸν μετὰ ἀσφαλείας ἐν τῇ πλανήσει αὐτῶν.
23 ἀπώλεσεν ἄρχοντας αὐτῶν καὶ πάντα σοφὸν ἐν βουλῇ,
ἐξέχεε τὸ αἷμα τῶν οἰκούντων Ἱερουσαλὴμ ὡς ὕδωρ ἀκαΘαρσίας,
24 ἀπήγαγε τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς Θυγατέρας αὐτῶν, ἃς ἐγέννησαν ἐν βεβηλώσει.
25 ἐποίησαν κατὰ τὰς ἀκαΘαρσίας αὐτῶν, καΘὼς οἱ πατέρες αὐτῶν,
26 ἐμίαναν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰ ἡγιασμένα τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ.

---

11. πλησίου A. Cerda — αὐτοῖς Hilgenfeld; αὐτοῖς Cerda Fabricius.

15. ἐπότισεν αὐτοὺς Hilgenfeld; ἐπότισεν αὐτοῖς codd. — 16. κραταιῶς V.; κρατερῶς A. — 18. ἐπευκτὴ de Lagarde Hilgenfeld; codd.: ἐπαυκτὴ, dilatata, Cerda Fabricius — 20. μετ' ἀσφαλείας A.

27 Ἐδικαιώθη ὁ Θεὸς ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι
τῆς γῆς,
28 καὶ οἱ ὅσιοι τοῦ Θεοῦ ὡς ἀρνία ἐν ἀκακίᾳ ἐν μέσῳ αὐτῶν·
29 αἰνετὸς κύριος ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν ἐν δικαιοσύνῃ αὐτοῦ.
30 ἰδοὺ δή, ὁ Θεός, ἔδειξας ἡμῖν τὸ κρίμα σου ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου.
31 εἶδον οἱ ὀφθαλμοί αὐτῶν τὰ κρίματά σου, ὁ Θεός,
ἐδικαιώσαμεν τὸ ὄνομά σου τὸ ἔντιμον εἰς αἰῶνας·
32 ὅτι σὺ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης, κρίνων τὸν Ἰσραὴλ ἐν παιδείᾳ.
33 ἐπίστρεψον, ὁ Θεός, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς καὶ οἰκτείρησον ἡμᾶς,
34 συνάγαγε τὴν διασπορὰν Ἰσραὴλ μετ' ἐλέου καὶ χρηστότητος·
35 ὅτι ἡ πίστις σου μεθ' ἡμῶν,
καὶ ἡμεῖς ἐσκληρύναμεν τὸν τράχηλον ἡμῶν,
καὶ σὺ παιδευτὴς ἡμῶν εἶ.
36 μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἡμῶν,
ἵνα μὴ καταπίῃ ἡμᾶς ἔθνη, μὴ ὄντος λυτρουμένου.
37 καὶ σὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀπ' ἀρχῆς,
καὶ ἐπὶ σὲ ἠλπίσαμεν, κύριε.
38 καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀφεξόμεθά σου,
ὅτι χρηστὰ τὰ κρίματά σου ἐφ' ἡμᾶς.
39 ἡμῖν καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν ἡ εὐδοκία εἰς τὸν αἰῶνα,
κύριε σωτὴρ ἡμῶν, οὐ σαλευθησόμεθα ἕτι τὸν αἰῶνα χρόνον.
40 αἰνετὸς κύριος ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτοῦ ἐν στόματι ὁσίων,
41 καὶ σὺ εὐλογημένος, Ἰσραὴλ, ὑπὸ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα.

IX. Ἐν τῷ ἁπαχθῆναι Ἰσραὴλ ἐν ἀποικεσίᾳ εἰς γῆν
ἀλλοτρίαν,
ἐν τῷ ἀποστῆναι αὐτοὺς ἀπὸ κυρίου τοῦ λυτρωσαμένου αὐτούς,
2 ἀπερρίφησαν ἀπὸ κληρονομίας ἧς ἔδωκεν αὐτοῖς κύριος ἐν παντὶ
ἔθνει,
ἐπὶ διασπορᾷ τοῦ Ἰσραὴλ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ,
3 ἵνα δικαιωθῇς, ὁ Θεός, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐν ταῖς ἀνομίαις
αὐτῶν·
4 ὅτι σὺ κριτὴς δίκαιος ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς τῆς γῆς.
5 οὐ γὰρ κρυβήσεται ἀπὸ τῆς γνώσεώς σου πᾶς ποιῶν κακὰ,

---

38. οὐκ ante ἀφεξόμεθα deest in A., hinc Fabricius corrigere voluit ἀντεξόμεθα — 39. σαλευθησόμεθα Hilgenfeld; libri: σαλευθησώμεθα.

IX. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν εἰς ἔλεγχον θ'. — 1. ἀποικησίᾳ codd. Cerda Fabricius — 2. ἧς V.; ἣ A. —

6καὶ αἱ δικαιοσύναι τῶν ὁσίων σου ἐνώπιόν σου, κύριε·
καὶ ποῦ κρυβήσεται ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς γνώσεώς σου;

7Ὁ θεὸς, τὰ ἔργα ἡμῶν ἐν ἐκλογῇ καὶ ἐξουσίᾳ τῆς ψυχῆς ἡμῶν,
τοῦ ποιῆσαι δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν ἐν ἔργοις χειρῶν ἡμῶν·
8καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐπισκέπτῃ υἱοὺς ἀνθρώπων.
9ὁ ποιῶν δικαιοσύνην θησαυρίζει ζωὴν ἑαυτῷ παρὰ κυρίῳ,
καὶ ὁ ποιῶν ἄδικα αὐτὸς αἴτιος τῆς ψυχῆς ἐν ἀπωλείᾳ·
10τὰ γὰρ κρίματα κυρίου ἐν δικαιοσύνῃ κατ' ἄνδρα καὶ οἶκον.
11τίνι χρηστεύσῃ, ὁ θεὸς, εἰ μὴ τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸν κύριον;
12καθαρίσει ἐν ἁμαρτίαις ψυχὴν ἐν ἐξομολογήσει, ἐν ἐξηγορίαις·
13ὅτι αἰσχύνη ἡμῖν καὶ τοῖς προςώποις ἡμῶν περὶ ἁπάντων.
14καὶ τίνι ἀφήσει ἁμαρτίας, εἰ μὴ τοῖς ἡμαρτηκόσι;
15δικαίους εὐλογήσεις καὶ οὐκ εὐθυνεῖς περὶ ὧν ἥμαρτον,
καὶ ἡ χρηστότης σου περὶ ἁμαρτάνοντας ἐν μεταμελείᾳ.

16Καὶ νῦν σὺ ὁ θεὸς, καὶ ἡμεῖς λαὸς ὃν ἠγάπησας,
ἴδε καὶ οἰκτειρον, ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ὅτι σοί ἐσμεν,
καὶ μὴ ἀποστήσῃς ἔλεόν σου ἀφ' ἡμῶν,
ἵνα μὴ ἐπιθῶνται ἡμῖν·
17ὅτι σὺ ἠρετίσω τὸ σπέρμα Ἀβραὰμ παρὰ πάντα τὰ ἔθνη,
18καὶ ἔθου τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς, κύριε,
καὶ οὐ καταπαύσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.
19ἐν διαθήκῃ διέθου τοῖς πατράσιν ἡμῶν περὶ ἡμῶν,
καὶ ἡμεῖς ἐλπιοῦμεν ἐπὶ σὲ ἐν ἐπιστροφῇ ψυχῆς ἡμῶν.
20τοῦ κυρίου ἡ ἐλεημοσύνη ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα
καὶ ἔτι.

X. Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ὁ κύριος ἐμνήσθη ἐν ἐλέγχῳ,
καὶ ἐκυκλώθη ἀπὸ ὁδοῦ πονηρᾶς ἐν μάστιγι,
καὶ ἐκαθαρίσθη ἀπὸ ἁμαρτίας τοῦ μὴ πλησθῆναι.

---

6. καὶ ποῦ V.; καὶ οὐ A.

7. ἐξουσίᾳ Hilgenfeld; ἐξουσία Cerda Fabricius — 12. ἐξομολογήσει V.; ὁμολογήσει A.

16. verba καὶ ἡμεῖς λ. ὃν ἠγ. ἴδε κ. οἰκτ. errore om. A. — σοί V.; σοῦ A. — ἀποστήσεις A. — 17. ἠρετίσω V.; ἠρέτισε, elegisti, Cerda; ἠρέτισας Fabricius — παρὰ, quod deest in codd., recte iam Fabricius addidit. — 20. ἡ, quod vulgo post ἐλεημοσύνη legitur, delevi. — ἔτι τέλος A.

X. inscriptio: Ὕμνος τῷ Σαλομὼν ι'. — 1. pro ἐκυκλώθη in mentem venit scribere ἐκωλύθη, sed interpretis vitium nolui corrigere. — ἐκαθαρίσθη Hilgenfeld; libri: καθαρισθῆναι — πλησθῆναι Hilgenfeld; libri: πληθῆνα

2ὁ ἑτοιμάζων νῶτον εἰς μάστιγας καθαρισθήσεται,
χρηστὸς γὰρ ὁ κύριος τοῖς ὑπομένουσι παιδείαν·
3ὀρθώσει γὰρ ὁδοὺς δικαίων,
καὶ οὐ διαστρέψει ἐν παιδείᾳ.
4καὶ τὸ ἔλεος κυρίου ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ,
καὶ μνησθήσεται κύριος τῶν δούλων αὐτοῦ ἐν ἐλέει.

5Ἡ μαρτυρία ἐν νόμῳ διαθήκης αἰωνίου,
ἡ μαρτυρία κυρίου ἐπὶ ὁδοὺς ἀνθρώπων ἐν ἐπισκοπῇ.
6δίκαιος καὶ ὅσιος κύριος ἡμῶν ἐν κρίμασιν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα,
καὶ Ἰσραὴλ αἰνέσει τὸ ὄνομα κυρίου ἐν εὐφροσύνῃ·
7καὶ ὅσιοι ἐξομολογήσονται ἐν ἐκκλησίᾳ λαοῦ,
καὶ πτωχοὺς ἐλεήσει ὁ θεὸς ἐν εὐφροσύνῃ Ἰσραήλ·
8ὅτι χρηστὸς καὶ ἐλεήμων ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα,
καὶ συναγωγαὶ Ἰσραὴλ δοξάσουσι τὸ ὄνομα κυρίου.
9τοῦ κυρίου ἡ σωτηρία ἐπ' οἶκον Ἰσραὴλ εἰς εὐφροσύνην αἰώνιον.

XI. Σαλπίσατε ἐν Σιὼν ἐν σάλπιγγι σημασίας ἁγίων,
2κηρύξατε ἐν Ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐαγγελιζομένου,
ὅτι ἠλέησεν ὁ θεὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτῶν.
3στῆθι Ἱερουσαλὴμ ἐφ' ὑψηλοῦ,
καὶ ἴδε τὰ τέκνα σου ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν συνηγμένα εἰς-
ἁπαξ ὑπὸ κυρίου·
4ἀπὸ βορρᾶ ἔρχονται τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ θεοῦ αὐτῶν,
ἐκ νήσων μακρόθεν συνήγαγεν αὐτοὺς ὁ θεός.
5ὄρη ὑψηλὰ ἐταπείνωσεν εἰς ὁμαλισμὸν αὐτοῖς,
6οἱ βουνοὶ ἔφυγον ἀπὸ εἰσόδου αὐτῶν,
οἱ δρυμοὶ ἐσκίασαν αὐτοῖς ἐν τῇ παρόδῳ αὐτῶν·
7πᾶν ξύλον εὐωδίας ἀνέτειλεν αὐτοῖς ὁ θεός,
ἵνα παρέλθῃ Ἰσραὴλ ἐν ἐπισκοπῇ δόξης θεοῦ αὐτῶν.
8ἔνδυσαι, Ἱερουσαλὴμ, τὰ ἱμάτια τῆς δόξης σου,
ἑτοίμασον τὴν στολὴν τοῦ ἁγιάσματός σου,
ὅτι ὁ θεὸς ἐλάλησεν ἀγαθὸν Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.
9ποιήσαι κύριος ἃ ἐλάλησεν ἐπὶ Ἰσραὴλ καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ,
ἀναστήσαι κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐν ὀνόματι δόξης αὐτοῦ.
τοῦ κυρίου τὸ ἔλεος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.

---

6. Hilgenfeld: fort. ἐν κρίμασιν. sane ἐν addendum, ut addidi, vulgo om.

XI. inscriptio: Τῷ Σαλομὼν εἰς προσδοκίαν ια'. — 2. τὸν Ἰσραὴλ Hilgenfeld; libri: ἐν Ἰσραὴλ — 6. δρομοὶ A. — 9. verba ἐν ὀνόματι — Ἰσραὴλ errore exciderunt in A.

XII. Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀνδρὸς παρανόμου
καὶ πονηροῦ,
ἀπὸ γλώσσης παρανόμου καὶ ψιθύρου
καὶ λαλούσης ψευδῆ καὶ δόλια.
[2]ἐν ποιήσει διαστροφῆς οἱ λόγοι τῆς γλώσσης ἀνδρὸς πονηροῦ,
ὥςπερ ἐν ἅλῳ πῦρ ἀνάπτον καλάμην αὐτοῦ.
[3]ἡ παροικία αὐτοῦ ἐμπλήσαι οἴκους ἐν γλώσσῃ ψευδεῖ,
ἐκκόψαι δένδρα εὐφροσύνης φλογιζούσης παρανόμου,
[4]συγχέαι παρανόμους οἴκους ἐν πολέμῳ χείλεσι ψιθύροις.

Μακρύναι ὁ θεὸς ἀπὸ ἀκάκων χεῖλη παρανόμων ἐν ἀπορίᾳ,
καὶ σκορπισθείη ὀστᾶ ψιθύρων ἀπὸ φοβουμένων κύριον·
[5]ἐν πυρὶ φλογὸς γλῶσσα ψιθυρὸς ἀπόλοιτο ἀπὸ ὁσίων.
[6]φυλάξαι κύριος ψυχὴν ἡσύχιον μισοῦσαν ἀδίκους,
καὶ κατευθύναι κύριος ἄνδρα ποιοῦντα εἰρήνην ἐν οἴκῳ.
[7]τοῦ κυρίου ἡ σωτηρία ἐπὶ Ἰσραὴλ παῖδα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα,
[8]καὶ ἀπόλοιντο οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προςώπου κυρίου ἅπαξ,
καὶ ὅσοι κυρίου κληρονομήσαιεν ἐπαγγελίας κυρίου.

XIII. Δεξιὰ κυρίου ἐσκέπασέ με,
δεξιὰ κυρίου ἐφείσατο ἡμῶν·
[2]ὁ βραχίων κυρίου ἔσωσεν ἡμᾶς ἀπὸ ῥομφαίας διαπορευομένης,
ἀπὸ λιμοῦ καὶ θανάτου ἁμαρτωλῶν.
[3]θηρία ἐπέδραμον αὐτοῖς πονηρὰ,
ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν ἔτιλλον σάρκας αὐτῶν,
καὶ ἐν ταῖς μύλαις αὐτῶν ἔθλων ὀστᾶ αὐτῶν·
καὶ ἐκ τούτων ἁπάντων ἐῤῥύσατο ἡμᾶς κύριος.

[4]Ἐταράχθη ὁ ἀσεβὴς διὰ τὰ παραπτώματα αὐτοῦ,
μήποτε συμπαραληφθῇ μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν·

XII. inscriptio: Τῷ Σαλομὼν ἐν γλώσσῃ παρανόμων ιβ′. — 3. correxi ἐμπλήσαι, vulgo male legitur ἐμπλῆσαι.
4. verba χείλη παρανόμων — φοβουμένων om. A. hinc pro κύριον legendum esse πύριον, ignitabulum, coniecit Cerda, quem Fabricius secutus est. — 8. ἅπαξ] fort. εἰςάπαξ. Hilgenfeld.

XIII. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν, παράκλησις τῶν δικαίων, ιγ′. — 1. ἐσκέπασε Hilgenfeld; ἐσπέσασε A.; ἐπήσπασε V.; Fabricius emendavit ἐπέσπασε.

5 ὅτι δεινὴ καταστροφὴ τοῦ ἁμαρτωλοῦ,
καὶ οὐχ ἅψεται δικαίου ἐκ πάντων τούτων οὐδέν·
6 ὅτι οὐχ ὁμοία ἡ παιδεία τῶν δικαίων ἐν ἀγνοίᾳ,
καὶ ἡ καταστροφὴ τῶν ἁμαρτωλῶν.
7 ἐν περιστολῇ παιδεύεται δίκαιος,
ἵνα μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἁμαρτωλὸς τῷ δικαίῳ·
8 ὅτι νουθετήσει δίκαιον ὡς υἱὸν ἀγαπήσεως,
καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ ὡς πρωτοτόκου·
9 ὅτι φείσεται κύριος τῶν ὁσίων αὐτοῦ,
καὶ τὰ παραπτώματα αὐτῶν ἐξαλείψει ἐν παιδείᾳ.
ἡ γὰρ ζωὴ τῶν δικαίων εἰς τὸν αἰῶνα,
10 ἁμαρτωλοὶ δὲ ἀρθήσονται εἰς ἀπώλειαν,
καὶ οὐχ εὑρεθήσεται μνημόσυνον αὐτῶν ἔτι·
11 ἐπὶ δὲ τοὺς ὁσίους τὸ ἔλεος κυρίου,
καὶ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

XIV. Πιστὸς κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ,
τοῖς ὑπομένουσι παιδείαν αὐτοῦ,
τοῖς πορευομένοις ἐν δικαιοσύνῃ προσταγμάτων αὐτοῦ,
ἐν νόμῳ ὡς ἐνετείλατο ἡμῖν εἰς ζωὴν ἡμῶν.
2 ὅσιοι κυρίου ζήσονται ἐν αὐτῷ εἰς τὸν αἰῶνα,
ὁ παράδεισος κυρίου, τὰ ξύλα τῆς ζωῆς ὅσιοι αὐτοῦ.
3 ἡ φυτεία αὐτῶν ἐρριζωμένη εἰς τὸν αἰῶνα,
οὐκ ἐκτιλήσονται πάσας τὰς ἡμέρας,
ὅτι ἡ μερὶς καὶ ἡ κληρονομία τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ Ἰσραήλ.

4 Καὶ οὐχ οὕτως οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ παράνομοι,
οἳ ἠγάπησαν ἡμέραν ἐν μετοχῇ ἁμαρτίας αὐτῶν,
ἐν πικρότητι σαπρίας, ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν,
5 καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ θεοῦ·
ὅτι ὁδοὶ ἀνθρώπων γνωσταὶ ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ παντὸς,
καὶ ταμιεῖα καρδίας ἐπίσταται πρὸ τοῦ γενέσθαι.
6 διὰ τοῦτο ἡ κληρονομία αὐτῶν ᾅδης καὶ σκότος καὶ ἀπώλεια,
καὶ οὐχ εὑρεθήσονται ἐν ἡμέρᾳ ἐλέου δικαίων·
7 οἱ δὲ ὅσιοι κυρίου κληρονομήσουσι ζωὴν ἐν εὐφροσύνῃ.

---

6. καταβροφὴ A.

XIV. inscriptio: Ὕμνος τῷ Σαλομὼν ιδ΄ — 1. αὐτοῦ, ἐν νόμῳ] αὐτοῦ ἐννόμῳ Hilgenfeld.

4. πικρότητι Hilgenfeld; μικρότητι codd.

XV. Ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην τὸ ὄνομα κυρίου,
εἰς βοήθειαν ἤλπισα τοῦ θεοῦ Ἰακὼβ καὶ ἐσώθην,
2ὅτι ἐλπὶς καὶ καταφυγὴ τῶν πτωχῶν σὺ, ὁ θεός·
3τί γὰρ ἰσχύει, ὁ θεὸς, εἰ μὴ ἐξομολογήσασθαί σοι ἐν ἀληθείᾳ;
4καὶ τί δυνατὸς ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου,
5ψαλμὸν καὶ αἶνον μετ' ᾠδῆς ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας,
καρπὸν χειλέων ἐν ὀργάνῳ ἡρμοσμένῳ γλώσσης,
ἀπαρχὴν χειλέων ἀπὸ καρδίας ὁσίας καὶ δικαίας;
6ὁ ποιῶν ταῦτα οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ἀπὸ κακοῦ,
φλὸξ πυρὸς καὶ ὀργὴ ἀδίκων οὐχ ἅψεται αὐτοῦ,
7ὅταν ἐξέλθῃ ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ προσώπου κυρίου,
ὁλοθρεῦσαι πᾶσαν ὑπόστασιν ἁμαρτωλῶν·
8ὅτι τὸ σημεῖον τοῦ θεοῦ ἐπὶ δικαίους εἰς σωτηρίαν,
λιμὸς καὶ ῥομφαία καὶ θάνατος μακρὰν ἀπὸ δικαίων·
9φεύξονται γὰρ ὡς διωκομένου λιμοῦ ἀπὸ ὁσίων,
καταδιώξεται δὲ ἁμαρτωλοὺς καὶ καταλήψεται.
καὶ οὐκ ἐκφεύξονται οἱ ποιοῦντες ἀνομίαν τὸ κρίμα κυρίου,
ὡς ὑπὸ πολεμίων ἐμπείρων καταληφθήσονται,
10τὸ γὰρ σημεῖον τῆς ἀπωλείας ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῶν,
11καὶ ἡ κληρονομία τῶν ἁμαρτωλῶν ἀπώλεια καὶ σκότος.
καὶ αἱ ἀνομίαι αὐτῶν διώξονται αὐτοὺς ἕως ᾅδου κάτω,
12ἡ κληρονομία αὐτῶν οὐχ εὑρεθήσεται τοῖς τέκνοις αὐτῶν·
13αἱ γὰρ ἀνομίαι ἐξερημώσουσιν οἴκους ἁμαρτωλῶν,
καὶ ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα,
14ὅταν ἐπισκέπτηται ὁ θεὸς τὴν γῆν ἐν κρίματι αὐτοῦ,
ἀποδοῦναι ἁμαρτωλοῖς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.
15οἱ δὲ φοβούμενοι τὸν κύριον ἐλεηθήσονται ἐν αὐτῇ,
καὶ ζήσονται ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ τοῦ θεοῦ αὐτῶν.

XVI. Ἐν τῷ νυστάξαι ψυχήν μου ἀπὸ κυρίου,
παρὰ μικρὸν ὠλίσθησα ἐν καταφορᾷ ὕπνου·

XV. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν μετ' ᾠδῆς ιε'. — 3. τί γὰρ ego scripsi, libri: τίς γὰρ — 10. τῆς ante ἀπωλείας om. A. — 11. αὐτῶν post ἀνομίαι om. A.

XVI. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν εἰς ἀντίληψιν ις'. — 1. καταφορᾷ legendum esse iam Cerda suspicatus est; codd.: καταφθορᾷ —

2 ἐν τῷ μακρῦναί με ἀπὸ Θεοῦ,
παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη ἡ ψυχή μου εἰς θάνατον·
σύνεγγυς πυλῶν ᾅδου μετὰ ἁμαρτωλοῦ,
3 ἐν τῷ διενεχθῆναι ψυχήν μου ἀπὸ κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ,
εἰ μὴ ὁ κύριος ἀντελάβετό μου τῷ ἐλέει αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.
4 ἔνυξέ με ὡς κέντρον ἵππου ἐπὶ τὴν γρηγόρησιν αὐτοῦ,
ὁ σωτὴρ καὶ ἀντιλήπτωρ μου ἐν παντὶ καιρῷ ἔσωσέ με.
5 ἐξομολογήσομαί σοι, ὁ Θεός, ὅτι ἀντελάβου μου εἰς σωτηρίαν,
καὶ οὐκ ἐλογίσω με μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἀπώλειαν.
6 μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀπ' ἐμοῦ, ὁ Θεός,
μηδὲ τὴν μνήμην σου ἀπὸ καρδίας μου ἕως θανάτου.
7 ἐπικράτησόν μου, ὁ Θεός, ἀπὸ ἁμαρτίας πονηρᾶς,
καὶ ἀπὸ πάσης γυναικὸς πονηρᾶς σκανδαλιζούσης ἄφρονα·
8 καὶ μὴ ἀπατησάτω με κάλλος γυναικὸς παρανομούσης,
καὶ παντὸς ὑποκειμένου ἀπὸ ἁμαρτίας ἀνωφελοῦς.
9 τὰ ἔργα τῶν χειρῶν μου κατεύθυνον ἐν φόβῳ σου,
καὶ τὰ διαβήματά μου ἐν τῇ μνήμῃ σου διαφύλαξον·
10 τὴν γλῶσσάν μου καὶ τὰ χείλη μου ἐν λόγοις ἀληθείας περίστειλον,
ὀργὴν καὶ θυμὸν ἄλογον μακρὰν ποίησον ἀπ' ἐμοῦ,
11 γογγυσμὸν καὶ ὀλιγοψυχίαν ἐν θλίψει μάκρυνον ἀπ' ἐμοῦ,
ἐὰν ἁμαρτήσω ἐν τῷ σε παιδεύειν εἰς ἐπιστροφήν.
12 ἐν εὐδοκίᾳ δὲ μετὰ ἱλαρότητος στήριξον τὴν ψυχήν μου,
ἐν τῷ ἐνισχῦσαί σε τὴν ψυχήν μου ἀρκέσει μοι τὸ δοθέν·
13 ὅτι ἐὰν μὴ σὺ ἐνισχύσῃς, τίς ὑφέξεται παιδείαν ἐν πενίᾳ,
14 ἐν τῷ ἐλέγχεσθαι ψυχὴν ἐν χειρὶ σαπρίας αὐτῆς;
ἡ δοκιμασία σου ἐν σαρκὶ αὐτοῦ καὶ ἐν θλίψει πενίας·
15 ἐν τῷ ὑπομεῖναι δίκαιον ἐν τούτοις ἐλεηθήσεται ὑπὸ κυρίου.

XVII. Κύριε, σὺ αὐτὸς βασιλεὺς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι,
ὅτι ἐν σοί, ὁ Θεός, καυχήσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν.
2 καὶ τίς ὁ χρόνος ζωῆς ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς;
κατὰ τὸν χρόνον αὐτοῦ καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν.

---

2. legendum esse ἐν τῷ μακρῦναί με, vel ἐν τῷ μακράν με εἶναι, vel simile quid contextus docet; libri absurde: τῷ μακρὰν — ἐξεχύθη Hilgenfeld; libri: ἐξεχώθη — post σύνεγγυς fortasse addendum ἦν — 5. ἐλογίσω Hilgenfeld; libri: ἐλλογίσω — 9. φόβῳ Hilgenfeld; libri: τόπῳ — 12. ἐν ante εὐδοκίᾳ ego addidi, a libris abest.

XVII. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν μετ' ᾠδῆς τῷ βασιλεῖ ιζ'.

3ἡμεῖς δὲ ἐλπιοῦμεν ἐπὶ Θεὸν τὸν σωτῆρα ἡμῶν,
ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα μετ' ἐλέου,
4καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐν κρίσει.

5Σὺ, κύριε, ἡρετίσω τὸν Δαυὶδ βασιλέα ἐπὶ Ἰσραὴλ,
καὶ σὺ ὤμοσας αὐτῷ περὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα,
τοῦ μὴ ἐκλείπειν ἀπέναντί σου βασιλείαν αὐτοῦ.
6καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἐπανέστησαν ἡμῖν ἁμαρτωλοί,
ἐπέθεντο ἡμῖν καὶ ἔξωσαν ἡμᾶς·
οἷς οὐκ ἐπηγγείλω, μετὰ βίας ἀφείλοντο,
7καὶ οὐκ ἐδόξασαν τὸ ὄνομά σου τὸ ἔντιμον·
ἐν δόξῃ ἔθεντο βασίλειον ἀντὶ ὕψους αὐτῶν,
8ἠρήμωσαν τὸν θρόνον Δαυὶδ ἐν ὑπερηφανίᾳ ἀλαλάγματος.
καὶ σὺ, ὁ Θεὸς, καταβαλεῖς αὐτούς,
καὶ ἀρεῖς τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ τῆς γῆς,
9ἐν τῷ ἐπαναστῆναι αὐτοῖς ἄνθρωπον ἀλλότριον γένους ἡμῶν.
10κατὰ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν ἀποδώσεις αὐτοῖς, ὁ Θεός·
εὑρεθείη αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.
11κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν ἐλεήσει αὐτοὺς ὁ Θεὸς,
ἐξηρεύνησε τὸ σπέρμα αὐτῶν καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτούς.
12πιστὸς ὁ κύριος ἐν πᾶσι τοῖς κρίμασιν αὐτοῦ οἷς ποιεῖ ἐπὶ τὴν γῆν.

13Ἠρήμωσεν ὁ ἄνομος τὴν γῆν ἡμῶν ἀπὸ ἐνοικούντων αὐτὴν,
ἠφάνισεν νέον καὶ πρεσβύτην καὶ τέκνα αὐτῶν ἅμα·
14ἐν ὀργῇ κάλλους αὐτοῦ ἐξαπέστειλεν αὐτὰ ἕως ἐπὶ δυσμῶν,
καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς γῆς εἰς ἐμπαιγμὸν, καὶ οὐκ ἐφείσατο.
15ἐν ἀλλοτριότητι ὁ ἐχθρὸς ἐποίησεν ὑπερηφανίαν,
καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἀλλοτρία ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.
16καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλὴμ,
καθὼς καὶ τὰ ἔθνη ἐν ταῖς πόλεσι τοῖς θεοῖς αὐτῶν.
17καὶ ἐπεκράτουν αὐτῶν οἱ υἱοὶ τῆς διαθήκης ἐν μέσῳ ἐθνῶν συμμίκτων,
οὐκ ἦν ὁ ποιῶν ἐν αὐτοῖς ἐν μέσῳ Ἱερουσαλὴμ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν.

---

5. βασιλείαν A.; βασίλειον V. — 9. γένους A.; γένος V. — ἡμῶν V.; ἡριτῶν A. — 12. οἷς V.; τὰ A.

13. ἄνομος Ewaldi est emendatio; codd.: ἄνεμος — ἠφάνισεν Hilgenfeld; codd. ἠφάνισαν — 14. scribendum ἕως ἐπὶ δυσμάς, cf. 1 Macc. 5, 29., nisi interpres soloecismum admisit. —

18 ἔφυγον ἀπ' αὐτῶν οἱ ἀγαπῶντες συναγωγὰς ὁσίων,
ὡς στρουθία ἐξεπετάσθησαν ἀπὸ κοίτης αὐτῶν·
19 ἐπλανῶντο ἐν ἐρήμοις, σωθῆναι ψυχὰς αὐτῶν ἀπὸ κακοῦ,
καὶ τίμιον ἐν ὀφθαλμοῖς παροικίας ψυχὴ σεσωσμένη ἐξ αὐτῶν·
20 εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐγενήθη ὁ σκορπισμὸς αὐτῶν ὑπὸ ἀνόμων,
ὅτι ἀνέσχεν οὐρανὸς τοῦ στάξαι ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς,
21 πηγαὶ συνεσχέθησαν αἰώνιοι ἐξ ἀβύσσων ἀπὸ ὀρέων ὑψηλῶν·
ὅτι οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ποιῶν δικαιοσύνην καὶ κρίμα,
ἀπὸ ἄρχοντος αὐτῶν καὶ λαοῦ ἐλαχίστου ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ·
22 ὁ βασιλεὺς ἐν παρανομίᾳ, καὶ ὁ κριτὴς οὐκ ἐν ἀληθείᾳ,
καὶ ὁ λαὸς ἐν ἁμαρτίᾳ.

23 Ἴδε, κύριε, καὶ ἀνάστησον αὐτοῖς τὸν βασιλέα αὐτῶν,
υἱὸν Δαυὶδ εἰς τὸν καιρὸν ὃν οἶδας σὺ, ὁ θεὸς,
τοῦ βασιλεῦσαι ἐπὶ Ἰσραὴλ παῖδά σου,
24 καὶ ὑπόζωσον αὐτὸν ἰσχύϊ τοῦ θραῦσαι ἄρχοντας ἀδίκους.
25 καθάρισον Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ ἐθνῶν καταπατούντων ἐν ἀπωλείᾳ,
ἐν σοφίᾳ, ἐν δικαιοσύνῃ.
26 ἐξώσαι ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ κληρονομίας,
ἐκτρίψαι ὑπερηφανίαν ἁμαρτωλῶν,
ὡς σκεύη κεραμέως ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ συντρίψαι πᾶσαν ὑπόστασιν
αὐτῶν·
27 ὀλοθρεύσαι ἔθνη παράνομα ἐν λόγῳ στόματος αὐτοῦ,
ἐν ἀπειλῇ αὐτοῦ φυγεῖν ἔθνη ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ,
καὶ ἐλέγξαι ἁμαρτωλοὺς ἐν λόγῳ καρδίας αὐτῶν.
28 καὶ συνάξει λαὸν ἅγιον, οὗ ἀφηγήσεται ἐν δικαιοσύνῃ,
καὶ κρινεῖ φυλὰς λαοῦ ἡγιασμένου ὑπὸ κυρίου θεοῦ αὐτοῦ.
29 καὶ οὐκ ἀφήσει ἀδικίαν ἐν μέσῳ αὐτῶν αὐλισθῆναι,
καὶ οὐ κατοικήσει πᾶς ἄνθρωπος μετ' αὐτῶν εἰδὼς κακίαν·
30 γνώσεται γὰρ αὐτοὺς ὅτι πάντες υἱοὶ θεοῦ αὐτῶν εἰσι,
καὶ καταμερίσει αὐτοὺς ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ἐπὶ τῆς γῆς.
31 καὶ πάροικος καὶ ἀλλογενὴς οὐ παροικήσει αὐτοῖς ἔτι·
κρινεῖ λαοὺς καὶ ἔθνη ἐν σοφίᾳ δικαιοσύνης αὐτοῦ. διάψαλμα.

32 Καὶ ἕξει λαοὺς ἐθνῶν δουλεύειν αὐτῷ ὑπὸ ζυγὸν αὐτοῦ,
καὶ τὸν κύριον δοξάσει ἐν ἐπισήμῳ πάσης τῆς γῆς·

22. οὐκ recte adiecit Hilgenfeld, abest a cdd.
23. οἶδας Hilgenfeld; οἶδες V.; εἶδες A. — 24. ἰσχύϊ A.; ἰσχὺν V. — 26. ἁμαρτωλῶν A.; ἁμαρτωλοὺς V. — 27. ἀπειλῇ Hilgenfeld; ἀπελλῇ codd. — 30. καταμερίσει V.; καταμετρίσει A. — 31. λαοὺς καὶ ἔθνη V.; ἔθνη καὶ λαοὺς A.
32. τὸν κύριον V.; om. A. —

33 καὶ καθαρίσει Ἱερουσαλὴμ ἐν ἁγιασμῷ, ὡς καὶ τὸ ἀπ' ἀρχῆς,
34 ἔρχεσθαι ἔθνη ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἰδεῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ,
φέροντας δῶρα τοὺς ἐξησθενηκότας υἱοὺς αὐτῆς,
35 καὶ ἰδεῖν τὴν δόξαν κυρίου, ἣν ἐδόξασεν αὐτὴν ὁ θεός·
καὶ αὐτὸς βασιλεὺς δίκαιος διδακτὸς ὑπὸ θεοῦ ἐπ' αὐτούς.
36 καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἐν μέσῳ αὐτῶν,
ὅτι πάντες ἅγιοι, καὶ βασιλεὺς αὐτῶν χριστὸς κύριος·
37 οὐ γὰρ ἐλπιεῖ ἐπὶ ἵππον καὶ ἀναβάτην καὶ τόξον,
οὐδὲ πληθυνεῖ αὐτῷ χρυσίον καὶ ἀργύριον εἰς πόλεμον,
καὶ ὅπλοις οὐ συνάξει ἐλπίδας εἰς ἡμέραν πολέμου.
38 κύριος αὐτὸς βασιλεὺς αὐτοῦ, ἐλπὶς τοῦ δυνατοῦ ἐλπίδι θεοῦ,
καὶ στήσει πάντα τὰ ἔθνη ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν φόβῳ·
39 πατάξει γὰρ γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ εἰς αἰῶνα,
40 εὐλογήσει λαὸν κυρίου ἐν σοφίᾳ μετ' εὐφροσύνης.
41 καὶ αὐτὸς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας τοῦ ἄρχειν λαοῦ μεγάλου,
ἐλέγξαι ἄρχοντας καὶ ἐξᾶραι ἁμαρτωλοὺς ἐν ἰσχύϊ λόγου.
42 καὶ οὐκ ἀσθενήσει ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἐπὶ θεῷ αὐτοῦ,
ὅτι ὁ θεὸς κατειργάσατο αὐτὸν δυνατὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ,
καὶ σοφὸν ἐν βουλῇ συνέσεως μετ' ἰσχύος καὶ δικαιοσύνης.
43 καὶ εὐλογία κυρίου μετ' αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ,
καὶ οὐκ ἀσθενήσει ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ κύριον,
44 καὶ τίς δύναται πρὸς αὐτόν;
ἰσχυρὸς ἐν ἔργοις αὐτοῦ καὶ κραταιὸς ἐν φόβῳ θεοῦ,
45 ποιμαίνων τὸ ποιμνίον κυρίου ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ,
καὶ οὐκ ἀφήσει ἀσθενῆσαι ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ νομῇ αὐτῶν.
46 ἐν ὁσιότητι πάντας αὐτοὺς ἄξει,
καὶ οὐκ ἔσται ἐν αὐτοῖς ὑπερηφανία τοῦ καταδυναστευθῆναι ἐν αὐτοῖς.

47 Αὕτη ἡ εὐπρέπεια τοῦ βασιλέως Ἰσραὴλ, ἣν ἔγνω ὁ θεὸς,
ἀναστῆσαι αὐτὸν ἐπ' οἶκον Ἰσραὴλ, παιδεῦσαι αὐτόν.
48 τὰ ῥήματα αὐτοῦ πεπυρωμένα ὑπὲρ χρυσίον τίμιον τὸ πρῶτον,
ἐν συναγωγαῖς διακρινεῖ λαοὺς, φυλὰς ἡγιασμένων·
49 οἱ λόγοι αὐτοῦ ὡς λόγοι ἁγίων ἐν μέσῳ λαῶν ἡγιασμένων.
50 μακάριοι οἱ γινόμενοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις,
ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Ἰσραὴλ ἐν συναγωγῇ φυλῶν, ἃ ποιήσει ὁ θεός.

---

34. φέροντας Hilgenfeld; libri: φέροντες — 37. αὐτῷ Hilgenfeld; αὐτῷ Cerda Fabricius. — scripsi ὅπλοις; libri: πολλοῖς; Hilgenfeld: fort. ἄλλοις, παλτοῖς, ὅπλοις? — 38. στήσει Hilgenfeld; libri: ἐλεήσει.

51ταχύναι ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἰσραὴλ τὸ ἔλεος αὐτοῦ,
ῥύσαιτο ἡμᾶς ἀπὸ ἀκαθαρσίας ἐχθρῶν βεβήλων.
κύριος αὐτὸς βασιλεὺς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.

XVIII. Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου
εἰς τὸν αἰῶνα,
2ἡ χρηστότης σου μετὰ δόματος πλουσίου ἐπὶ Ἰσραήλ·
οἱ ὀφθαλμοί σου ἐπιβλέποντες ἐπ' αὐτὰ, καὶ οὐχ ὑστερήσει ἐξ αὐτῶν,
3τὰ ὦτά σου ἐπακούσει εἰς δέησιν πτωχοῦ ἐν ἐλπίδι·
τὰ κρίματά σου ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν μετ' ἐλέου,
4καὶ ἡ ἀγάπη σου ἐπὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, υἱοὺς Ἰσραήλ·
ἡ παιδεία σου ἐφ' ἡμᾶς ὡς υἱὸν πρωτότοκον μονογενῆ,
5ἀποστρέψαι ψυχὴν ὑπήκοον ἀπὸ ἁμαρτίας ἐν ἀγνοίᾳ.

6Καθαρίσαι ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ εἰς ἡμέραν ἐλέου ἐν εὐλογίᾳ,
εἰς ἡμέραν ἐκλογῆς ἐν ἀνάξει χριστοῦ αὐτοῦ.
7μακάριοι οἱ γινόμενοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις
ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου, ἃ ποιήσει γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ
8ὑπὸ ῥάβδον παιδείας χριστοῦ κυρίου ἐν φόβῳ Θεοῦ αὐτοῦ,
ἐν σοφίᾳ πνεύματος καὶ δικαιοσύνης καὶ ἰσχύος.
9κατευθύναι ἄνδρα ἐν ἔργοις δικαιοσύνης φόβῳ Θεοῦ,
καταστήσαι πάντας αὐτοὺς ἐν φόβῳ κυρίου.
10γενεὰ ἁγαθὴ ἐν φόβῳ Θεοῦ ἐν ἡμέραις ἐλέου. διάψαλμα.

11Μέγας ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ ἔνδοξος ἐν ὑψίστοις κατοικῶν,
12ὁ διατάξας ἐν πορείᾳ φωστῆρας εἰς καιροὺς ὡρῶν ἀφ' ἡμερῶν
εἰς ἡμέρας,
καὶ οὐ παρέβησαν ἀπὸ ὁδοῦ ἣν ἐνετείλω αὐτοῖς.
13ἐν φόβῳ Θεοῦ ἡ ὁδὸς αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν,
ἀφ' ἧς ἡμέρας ἔκτισεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς καὶ αἰῶνος,
14καὶ οὐκ ἐπλανήθησαν ἀφ' ἧς ἡμέρας ἔκτισεν αὐτούς·
ἀπὸ γενεῶν ἀρχαίων οὐκ ἀπέστησαν ἀπὸ ὁδοῦ αὐτῶν,
εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐνετείλατο αὐτοῖς ἐν ἐπιταγῇ δούλων αὐτοῦ.

---

51. ῥύσαιτο ego correxi, libri: ῥύσεται. hanc lectionem si retines, tum pro ταχύναι scribendum ταχυνεῖ.

XVIII. inscriptio: Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν ἐπὶ τοῦ χριστοῦ κυρίου ιη'. — 4. υἱοὺς correxit Fabricius; codd. et Cerda: υἱοῦ — 5. ἁμαρτίας Fabricius; ἁμαθίας V.; Cerda: ἁμαρθίας, imperitia.

12. πορείᾳ V.; κυρείᾳ A. — subscriptio: Ψαλμοὶ Σαλομῶντος ιη'. ἔχουσιν ἔπη ,α. addit A.: τέλος σὺν Θεῷ.

LIBER ESDRAE QUARTUS.

Visio prima.

III. Anno tricesimo ruinae civitatis eram in Babylone ego Salathiel, qui et Esdras, et conturbatus sum super cubili meo recumbens, et cogitationes meae ascendebant super cor meum, [2]quoniam vidi desertionem Sion et habundantiam eorum, qui habitabant in Babylone. [3]et ventilatus est spiritus meus valde, et coepi loqui ad Altissimum verba timorata [4]et dixi:

O Dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, et hoc solus, et imperasti pulveri [5]et dedisti Adam corpus mortuum; sed et ipse figmentum manuum tuarum erat, et insufflasti in eum spiritum vitae et factus est vivens coram te; [6]et induxisti eum in paradiso, quem plantaverat dextera tua, antequam terra adventaret. [7]et huic mandasti diligere viam tuam, et praeterivit eam; et statim instituisti in eum mortem et in nationibus eius. et natae sunt ex eo gentes et tribus, populi et cognationes, quorum non est numerus. [8]et ambulavit unaquaeque gens in voluntate sua, et mira agebant coram te et spernebant praecepta tua. [9]iterum autem in tempore induxisti diluvium super habitantes

---

Esdrae] Ezrae S. hic et ubique.

III. 2. Sion] super csyon T.

4. pulveri Syr. Aeth.; libri lat.: populo — 5. ipse D.; vulgo ipsum — 6. plantavit DS. — 7. in eum mortem (morte S.) ST.; ei mortem D.; vulgo in eo mortem — addunt ex eo DS.; vulgo om. — et tribus populi ST.; vulgo et tribus et populi; D.: populi tribus et linguae — quorum DST.; vulgo quarum — 8. in voluptate S. — pro mira legendum esse mala coniecit v. d. Palm, fortasse recte, cf. Syr. Aeth. — in fine commatis verba nec tu eos impedivisti fortasse excidisse non male dixit v. d. Vlis, cf. Syr. Ar. Aeth. — 9. habitantes ST.; vulgo inhabitantes —

saeculum et perdidisti eos. [10]et factum est in uno casu eorum, sicut Adae mori, sic et his diluvium. [11]dereliquisti autem unum ex his Noë cum domo sua, et ex eo iustos omnes. [12]et factum est cum coepissent multiplicari qui habitabant super terram, et multiplicaverunt filios et populos et gentes multas, et coeperunt iterato impietatem facere plus quam priores. [13]et factum est cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi unum ex his, cui nomen erat Abraham. [14]et dilexisti eum, et demonstrasti ei soli finem temporum secrete noctu, [15]et disposuisti ei testamentum aeternum et dixisti ei, ut non umquam derelinqueres semen eius. et dedisti ei Isaac, et Isaac dedisti Iacob et Esau. [16]et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. et factus est Iacob in multitudine magnà. [17]et factum est cum educeres semen eius ex Aegypto, et adduxisti super montem Sina. [18]et inclinasti coelos, et statuisti terram, et commovisti orbem, et tremere fecisti abyssos, et conturbasti saeculum. [19]et transiit gloria tua portas quatuor, ignis et terrae motus et spiritus et gelu, ut dares semini Iacob legem et generationi Israël diligentiam. [20]et non abstulisti ab eis cor malignum, ut faceret lex tua in eis fructum. [21]cor enim malignum baiulans primus Adam transgressus et victus est, sed et omnes qui de eo nati sunt. [22]et facta est permanens infirmitas, et lex cum corde populi, cum malignitate radicis; et discessit quod bonum est, et mansit malignum. [23]et transierunt tempora et finiti sunt anni, et suscitasti tibi servum nomine David. [24]et dixisti ei aedificare civitatem nominis tui et offerre tibi in eadem thus et oblationes. [25]et factum est hoc annis multis, et deliquerunt qui habitabant civitatem, [26]in omnibus facientes sicut fecit Adam et omnes generationes eius, utebantur enim et ipsi corde maligno. [27]et tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. [28]et dixi ego tunc in corde meo: numquid meliora faciunt, qui habitant

---

10. in uno casu (casui S.) DST.; vulgo in unoquoque — mors DS. — 11. et ante ex om. ST. — iustos DST.; vulgo iusti — 12. et ante multiplicaverunt om. T. — 13. unum ex hiis T.; ex his (eis D.) unum DS.; vulgo virum ex his — 14. soli] solo S.; om. T. — finem temporum ego adieci, cf. Syr. Aeth. Ar.; vulgo legitur voluntatem tuam; om. DST. — recepi secrete noctu (nocte D.) ex DST.; vulgo om. — 15. umquam T.; vulgo unquam — 17. recepi et ante adduxisti ex DST.; vulgo om. — adduxisti eos DS. — 24. et offerre] ut offerret (offeret D.) DS. — tibi] ibi DST. — thus et] thus T.; tuas DS. — 26. utebantur] induebantur Hilgenfeld cl. Syr. Ar. Aeth. — cor malignum S. Hilgenfeld — 28. et dixi — meo DST.; vulgo om. —

Babylonem? et propter hoc dominabitur Sion? [29]factum est autem cum venissem huc et vidissem impietates, quarum non est numerus, et delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno. et excessit cor meum, [30]quoniam vidi quomodo sustines eos pecantes, et pepercisti impie agentibus, et perdidisti populum tuum, et conservasti inimicos tuos, et non significasti [31]nihil nemini quomodo debeat derelinqui via haec. numquid meliora facit Babylon quam Sion? [32]aut alia gens cognovit te praeter Israël? aut quae tribus crediderunt testamentis tuis sicut Iacob? [33]quarum merces non comparuit, neque labor fructificavit. pertransiens enim pertransivi in gentibus et vidi habundantes eas, et non memorantes mandatorum tuorum. [34]nunc ergo pondera in statera iniquitates nostras et eorum qui habitant in saeculo, et non invenietur momentum puncti ubi declinet. [35]aut quando non peccaverunt in conspectu tuo qui habitant terram? aut quae gens sic observavit mandata tua? [36]homines quidem per nomina invenies servasse mandata tua, gentes autem non invenies.

IV. Et respondit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomen Uriel, [2]et dixit mihi: excedens excessit cor tuum in saeculo hoc et comprehendere cogitas viam Altissimi? [3]et dixi: ita, Dominus meus. et respondit mihi et dixit: tres vias missus sum ostendere tibi, et tres similitudines proponere coram te, [4]de quibus mihi si renunciaveris unam ex his, et ego tibi demonstrabo viam, quam desideras videre, et doceam te, unde sit cor malignum. [5]et dixi: loquere, Dominus meus. et dixit ad me: vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti, aut revoca mihi

---

dominabitur] damnabitur D. — 29. autem DST.; vulgo om. — et vidissem] et vidi S.; vidi D. — 31. nemini van der Vlisii est emendatio; codd. memini — fecit D. — 32. tuis om. DST. — 33. habundantes D.; habundanter ST.; vulgo abundantes — 34. iniquitates nostras DT.; vulgo ut S. nostras iniquitates — non om. DST. — momentum Hilgenfeldi est emendatio; codd. nomen tuum — puncti ubi (tibi T.) declinet DST.; vulgo ita legitur: et non invenietur nomen tuum nisi in Israël — 35. observabit DST. — 36. homines ST.; vulgo hos; om. D. — invenies per nomina S. — servare S.

IV. 1. huriel T.; Hurihel S. — 3. Dominus DST.; vulgo Domine — 4. doceam DST.; vulgo docebo — unde sit] quare DT. — 5. Dominus DST.; vulgo Domine — flatum] satum Hilgenfeld secutus Syr. —

diem quae praeteriit. [6]et respondi et dixi: quis natorum poterit facere, ut me interroges de his? [7]et dixit ad me: si eram interrogans te dicens: quantae habitationes sunt in corde maris, aut quantae venae sunt in principio abyssi, aut quantae viae sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi; [8]dicebas mihi fortassis: in abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in coelis unquam ascendi; [9]nunc autem non interrogavi te nisi de igne et vento et die, per quem transisti et a quibus separari non potes, et non respondisti mihi de eis. [10]et dixit mihi: tu quae tua sunt tecum coadolescentia non potes cognoscere, [11]et quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam? [quia in aliquo quod non comprehenditur creata est via Altissimi, neque potest corruptibilis in saeculo corruptibili cognoscere viam incorruptibilis. et cum audissem haec, cecidi super faciem meam] [12]et dixi illi: melius erat nos non adesse, quam advenientes vivere in impietatibus et pati, et non intellexi de qua re. [13]et respondit ad me et dixit: proficiscens profectus sum ad silvam lignorum campi, et cogitaverunt cogitationem [14]et dixerunt: venite et eamus et faciamus ad mare bellum, ut recedat coram nobis, et faciamus nobis alias silvas. [15]et similiter fluctus maris et ipsi cogitaverunt cogitationem et dixerunt: venite, ascendentes debellemus silvam campi, ut et ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. [16]et factus est cogitatus silvae in vano, venit enim ignis et consumpsit eam; [17]similiter et cogitatus fluctuum maris, stetit enim arena et prohibuit

---

7. eram DST.; vulgo essem — viae emendatio est van der Vlisii, cf. Syr. Aeth.; codices: venae — 8. dicebas DST.; vulgo diceres — coelis ST.; vulgo coelum — 9. a quibus] sine quibus DST. — 11. vulgo ita legitur: et iam exterius corrupto saeculo (et iam ex te corruptio scd'o T.) intelligere corruptionem (incorruptionem DS.) evidentem in facie mea (faciem meam DST.). quid scriptor sibi velit haud obscurum, verum haec corrupta, et cum haud dubie quaedam exciderint, temporis momento multa fingas, quae scriptor exarasse videatur. Volkmar: et iam obnoxius corrupto saeculo intelligere corruptionem evadentem? et quum audirem procidi in facie mea; Hilgenfeld: et qui existis in corrupto saeculo intellegere incorruptionem? et cecidi in faciem meam. alii alia tentarunt; ego Syri versionem cancellis inclusam recepi, quae genuinam scriptoris sententiam reddere videtur. similiter Aethiops vertit: nam eo quod infinitum est formatur via Altissimi, nec tu potes, qui corruptibilis es, intelligere viam eius, qui incorruptibilis est. et cum audirem hoc, procidi in faciem meam; paullo liberius Ar. et Arm. — 12. adesse DST.; vulgo esse — advenientes DS.; advenientibus T.; vulgo adhuc viventes — intellexi DST.; vulgo intelligere — 15. silvam DS.; vulgo silvas, ut et T. — 16. in vano DST.; vulgo in vanum —

eos. [18]si enim eras iudex horum, quem incipiebas iustificare, aut quem condempnare? [19]et respondi et dixi: utrique vanam cogitationem cogitaverunt, terra enim data est silvae, et mari locus portare fluctus suos. [20]et respondit ad me et dixit: bene tu iudicasti, et quare non iudicasti tibimetipsi? [21]quemadmodum enim terra silvae data est et mare fluctibus suis, sic et qui super terram inhabitant quae sunt super terram intellegere solummodo possunt, et qui super coelos quae super altitudinem coelorum.

[22]Et respondi et dixi: deprecor te, Domine, ut mihi datus est sensus intellegendi; [23]non enim volui interrogare de superioribus viis, sed de his quae pertranseunt per nos cottidie: propter quod Israël datus est in obprobrium gentibus, quem dilexisti populum datus est tribubus impiis, et lex patrum nostrorum in interitum deducta est, et dispositiones scriptae nusquam sunt? [24]et pertransivimus de saeculo ut locustae, et vita nostra est pavor, et nec digni sumus misericordiam consequi. [25]sed quid faciet nomini suo qui invocatus est super nos? et de his interrogavi. [26]et respondit ad me et dixit: si fueris videbis, et si vixeris frequenter miraberis, quoniam festinans festinat saeculum pertransire; [27]non capiet portare quae in temporibus iustis repromissa sunt, quoniam plenum maestitia est saeculum hoc et infirmitatibus. [28]seminatum est enim malum, de quibus me interrogas dicam, et necdum venit destructio ipsius. [29]si ergo non evulsum fuerit quod seminatum est, et discesserit locus ubi seminatum est malum, non veniat ubi seminatum est bonum; [30]quoniam granum seminis mali seminatum

---

18. eras DST.; vulgo esses — incipiebas DT. et S. a pr. m.; vulgo inciperes — 19. utrique DST.; vulgo utique — maris S. — 21. sic et S.; et DT.; vulgo sic — intellegere S.; vulgo intelligere.

22. Hilgenfeld pro ut legi vult cur — datus est DST.; vulgo detur — 23. viis van der Vlisii est correctio, cf. Syr. Aeth.; codd. tuis — propter quod DST.; vulgo propter quid — datus est DST.; vulgo datus — 24. pertransimus scripsit Hilgenfeld cl. Syr. Aeth. Arm. — est (et T.; ut D.;) pavor DST.; vulgo stupor et pavor; Hilgenfeld scripsit ut vapor cl. Syr. Aeth. — 25. qui invocatus DST.; vulgo quod invocatum — Hilgenfeld delevit et cl. Syr. Aeth. — de om. DST. — 26. videbis et si vixeris DST.; vulgo plurimum scrutatus — festinauit D.; festinabit Hilgenfeld — 27. non capiet DST.; vulgo et non capit — temporibus DST.; vulgo futuris temporibus — maestitia SDT.; vulgo iniustitia — 28. ut edidi DST., cf. Syr. Aeth.; vulgo de quibus autem interrogas dicam, seminatum enim est malum — 29. non evulsum D.; nomen suum S.; vulgo legitur ut in T. non inversum — veniat ST.; vulgo veniet, ut etiam D. — 30. granum DS.; vulgo gramen —

est in corde Adam ab initio, et quantum impietatis generavit usque nunc, et generat usque dum veniat area! [31]aestima autem apud te, granum mali seminis quantum fructum impietatis generavit. [32]quando seminatae fuerint spicae, quarum non est numerus, quam magnam aream incipient facere!

[33]Et respondi et dixi: quomodo et quando haec? quare modici et mali anni nostri? [34]et respondit ad me et dixit mihi: non festines tu super Altissimum. tu enim festinas inaniter contra ipsum spiritum, nam Excelsus pro multis. [35]nonne de his interrogaverunt animae iustorum in promptuariis suis dicentes: usquequo spero sic? et quando veniet fructus areae mercedis nostrae? [36]et respondit ad ea Ieremiel archangelus et dixit: quando impletus fuerit numerus similium vobis, quoniam in statera ponderavit saeculum, [37]et mensura mensuravit tempora, et numero numeravit tempora, et non commovit nec excitavit usquedum impleatur praedicta mensura. [38]et respondi et dixi: o Dominator Domine, sed et nos omnes pleni sumus impietate; [39]et ne forte propter nos non impleantur iustorum areae, propter peccata inhabitantium super terram. [40]et respondit ad me et dixit: vade et interroga praegnantem, si quando impleverit novem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa. [41]et dixi: non potest, Domine. et dixit ad me: in inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt; [42]quemadmodum enim festinat quae parit effugere necessitatem partus, sic et haec festinat reddere ea quae commendata sunt ab initio. [43]tunc tibi demonstrabitur de his quae concupiscis videre.

---

impietas D. — usque dum DT.; vulgo usque cum, ut etiam S. — 31. granum DST.; vulgo gramen — fructus T. — generaverit S. — 32. seminatae DST.; vulgo secatae.

33. quomodo] quo DS. — 34. vulgo legitur: inaniter esse super ipsum, nam excessus (cf. 5, 33.) tuus multus. DST.: inaniter contra (vaniter cum et S.) ipsum spiritum, nam Excelsus pro multis (permultis S.). Syr.: propter temetipsum, Excelsus autem propter multos. cum Syro fere consentiunt Aeth. Arm. hinc scripsit Volkmar: vaniter per temetipsum spiritu, sed excelsus propter multos; Hilgenfeld: propter temetipsum, nam Excelsus pro multis. — 35. speramus D. — sic] hic Syr. Aeth. Arm. — 36. Ieremiel] huriel T. — similium Vlisii est correctio; codd. seminum — vobis DST.; vulgo in vobis — 37. amovit T. — Volkmar: commovebit nec suscitabit — 38. dominus si et T. — 40. et ante interroga om. T. — implevit T. — partum fetus D. — 41. in infernum DST. — 42. festinat quae T.; festinavit quae DS.; vulgo illa festinat quae — 43. tunc DST.; vulgo om. — tibi] ibi DST.

44 Et respondi et dixi: si inveni gratiam ante oculos tuos et si possibile est et si idoneus sum, 45 demonstra mihi et hoc, si plus quam praeteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt super nos, 46 quoniam quod pertransivit scio, quid autem futurum sit ignoro. 47 et dixit ad me: sta super dexteram partem et demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. 48 et steti et vidi, et ecce fornax ardens transiit coram me, et factum est cum transiret flamma, vidi et ecce superavit fumus. 49 post haec transiit coram me nubes plena aquae et immisit pluviam impetu multam, et cum transisset impetus pluviae, et superaverunt in ea guttae. 50 et dixit ad me: cogita tibi: sicut crescit pluvia amplius quam guttae, et ignis quam fumus, sic superhabundavit quae transivit mensura. superaverunt autem guttae et fumus.

51 Et oravi et dixi: putas vivo usque in diebus illis? vel quis erit in diebus illis? 52 respondit ad me et dixit: de signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

V. de signis autem, ecce dies venient, et apprehendentur qui inhabitant terram insensu multo, et abscondetur veritatis via, et sterilis erit a fide regio, 2 et multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides et super quam audisti olim, 3 et erit incomposito vestigio quam nunc vides regnare regionem, et videbunt eam desertam. 4 si autem tibi dederit Altissimus vivere, et videbis post tertiam tubam, et relucescet subito sol noctu et luna in die ter, 5 et de ligno sanguis stillabit, et lapis dabit vocem suam; et populi commovebuntur, et gressus mutabuntur, 6 et regnabit quem non

---

45. et hoc si DS.; et si hoc T.; vulgo si — super nos DST.; vulgo: supra quam futurum est — 46. quoniam quod (quod om. T.) pertransivit DST.; vulgo quid pertransivit — futuri ST. — 47. dextram DS. — 48. flamma et D. — 49. et post hec (hoc S.) DS. — aqua D. — transisset DT.; vulgo transiisset — et superaverunt DT.; vulgo et om. — 50. sicut enim DS. — ignis amplius quam DS. — pertransivit D.

51. quis DST.; vulgo quid — V. 1. et appreh. DST.; vulgo in quibus appreh. — habitant D. — insensu Volkmari est correctio; vulgo legitur in censu — 2. tu audisti D. — 3. incomposito D.; incompositio ST.; vulgo imposito — 4. et videbis DST.; vulgo et om. — tubam] turbatam Hilgenfeld, cl. Syr. Ar. Aeth. Arm. — in die ter T.; in die D.; inter die S.; vulgo ter in die — 5. et gressus mutabuntur (malim nutabunt) D.; egressos (ingressus T.) commutabuntur ST.; vulgo om.; Syr. et aëres commutabuntur, cf. Ar. Arm.; Aeth. et stellae cadent —

sperant qui inhabitant super terram, et volatilia commigrationem facient, [7]et mare Sodomiticum pisces reiciet et dabit vocem noctu, quam non noverant multi, omnes autem audient vocem eius. [8]et chaos fiet per loca multa, et ignis frequenter emittetur, et bestiae agrestes transmigrabunt regionem suam, et mulieres menstruatae parient monstra; [9]et in dulcibus aquis salsae invenientur, et amici omnes semetipsos expugnabunt: et abscondetur tunc sensus, et intellectus separabitur in promptuarium suum, [10]et quaeretur a multis et non invenietur, et multiplicabitur iniustitia et incontinentia super terram. [11]et interrogabit regio proximam suam et dicet: nunquid per te pertransiit iustitia iustum faciens? et haec negabit. [12]et erit in illo tempore, et sperabunt homines et non impetrabunt, laborabunt et non dirigentur viae eorum. [13]haec signa dicere tibi permissum est mihi, et si oraveris iterum et ploraveris, sicut et nunc, et ieiunaveris septem diebus, audies iterato horum maiora.

[14]Et evigilavi, et corpus meum horruit valde, et anima mea laboravit, ut deficeret. [15]et tenuit me qui venit angelus, qui loquebatur in me, et confortavit me et statuit me super pedes. [16]et factum est in nocte secunda, et venit ad me Phalthiel dux populi et dixit mihi: ubi eras? et quare vultus tuus tristis? [17]aut nescis, quoniam tibi creditus est Israël in regione transmigrationis eorum? [18]exsurge ergo et gusta panem, et non derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum. [19]et dixi ei: vade a me et non ad me accedas usque a diebus septem et tunc venies ad me. et audivit ut dixi, et recessit a me. [20]et ego ieiunavi diebus septem ululans et plorans, sicut mihi mandavit Uriel angelus.

---

6. non spernant T. — 7. reiciet DT.; vulgo reiiciet — 8. et ante chaos om. T. — emittetur scripsi cum Vlisio, cf. Aeth. Ar. Arm.; vulgo remittetur — regionem suam addit T., cf. Syr. Aeth. Ar.; vulgo om. — 11. haec SDT.; vulgo hoc — 13. tibi om. T.

15. pedes meos D. — 16. Phalthiel, cf. 2 Sam. 3, 15.; psalthiel T.; spaltihel S.; Salatiel D.; vulgo Salathiel; Syr. Psaltiel; Ar. Phaldiel; Aeth. Pheltiiâl; Arm. Phanuel — 17. aut ST.; vulgo an — 18. panem alicuius DS. — 19. ad me accedas ST.; accedas ad me D.; vulgo appropies ad me — usque a diebus (ad dies D.) VII et tunc venies ad me DST.; vulgo om. — 20. hurihel S.

Visio secunda.

21 Et factum est post dies septem, et iterum cogitationes cordis mei molestae erant mihi valde. 22 et resumpsit anima mea spiritum intellectus, et iterum coepi loqui coram Altissimo sermones, 23 et dixi: Dominator Domine, ex omni silva terrae et ex omnibus arboribus eius elegisti vineam unam, 24 et ex omni terra orbis elegisti tibi foveam unam, et ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium unum, 25 et ex omnibus abyssis maris replesti tibi rivum unum, et ex omnibus aedificatis civitatibus sanctificasti tibimetipsi Sion, 26 et ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam unam, et ex omnibus plasmatis pecoribus providisti tibi ovem unam, 27 et ex omnibus multiplicatis populis acquisivisti tibi populum unum, et ab omnibus probatam legem donasti huic quem desiderasti populo. 28 et nunc, Domine, utquid tradidisti unum pluribus, et praeparasti unam radicem super alias, et disparsisti unicum tuum in multis? 29 et conculcaverunt eum qui contradicebant sponsionibus tuis quique tuis testamentis non credebant. 30 et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.

31 Et factum est, cum locutus essem sermones istos, et missus est angelus ad me, qui ante venerat ad me praeterita nocte, 32 et dixit mihi: audi me et instruam te, et intende mihi et adiciam coram te. 33 et dixi: loquere, Domine meus. et dixit ad me: valde in excessu mentis factus es in Israël; an plus dilexisti eum super eum qui eum fecit? 34 et dixi ad eum: non, Domine, sed dolens locutus sum; torquent enim me renes mei per omnem horam quaerentem apprehendere semitam Altissimi et investigare partem iudicii eius. 35 et dixit ad me: non potes. et dixi: quare, Domine?

---

22. resumpsit mihi D. — 23. et ex omnibus arboribus DT.; vulgo deest ex; ex omnium arborum S. — unam DST.; vulgo unicam — 24. foveam] regionem vel campum Syr. Ar. Aeth. — 28. unum plurimis S. — praeparasti ἡτοίμασας, sed graece ἠτίμασας, dehonestasti, scriptum fuisse recte monuit Volkmar. Syr. repudiasti; Aeth. ignominia affecisti. — ut edidi DST.; vulgo super unam radicem alias — disparsisti DS.; dispersisti T.; vulgo disperdidisti.

31. istos DS.; vulgo om. — et ante missus om. D. — 32. adiciam DT.; vulgo adiiciam — 33. dominus DS. — valde DST.; vulgo valde tu — in Israël ST.; sta in Israël D.; vulgo pro Israël — super eum DS.; vulgo quam —

aut quid nascebar? διὰ τί γὰρ οὐκ ἐγένετο ἡ μήτρα τῆς μητρός μου τάφος, ἵνα μὴ ἴδω τὸν μόχθον τοῦ Ἰακὼβ καὶ τὸν κόπον τοῦ γένους Ἰσραήλ; [36]et dixit ad me: numera mihi quae necdum venerunt, et collige mihi dispersas guttas, et revirida mihi aridos flores, [37]et aperi mihi clausa promptuaria, et produc mihi inclusos in eis flatus; aut monstra mihi vocis imaginem, et tunc ostendam tibi eum laborem, quem rogas videre. [38]et dixi: Dominator Domine, quis enim est qui potest hoc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet? [39]ego autem insipiens, et quomodo potero dicere de his quibus me interrogasti? [40]et dixit ad me: quomodo non potes facere unum de his quae dicta sunt, sic non poteris invenire iudicium meum, aut finem caritatis, quam populo promisi.

[41]Et dixi: sed ecce, Domine, tu prope es his qui in fine sunt, et quid facient qui ante me sunt, aut nos, aut hi qui post nos? [42]et dixit ad me: coronae assimilabo iudicium meum; sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas. [43]et respondi et dixi: nec enim poteras facere qui facti sunt, et qui sunt, et qui futuri sunt in unum, ut celerius iudicium tuum ostendas? [44]et respondit ad me et dixit: non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere saeculum qui in eo creati sunt in unum. [45]et dixi: quomodo dixisti servo tuo, quoniam vivificans vivificabis a te creatam creaturam in unum, et sustinebit creatura: poterit et nunc portare praesentes in unum. [46]et dixit ad me: interroga

---

35. aut quid DST.; vulgo ad quid — verba graeca retulit Clem. Alex. Strom. III, 16, 100. (ed. Potter I. p. 556.) his verbis: Ἔσδρας ὁ προφήτης λέγει. versio latina haec est: aut quare non fiebat matrix matris meae mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Iacob et defatigationem generis Israel? — 36. venerunt T.; vulgo venerant — 37. post flatus addidit Syr.: et demonstra mihi imaginem facierum, quas nondum vidisti; Aeth.: et demonstra mihi faciem eorum, quos nunquam vidistis; Ar. post proprietatem vocis: aut dic mihi speciem personae, quam non vidisti — aut monstra DST.; vulgo demonstra — eum DS.; vulgo om. — 38. hoc DST.; vulgo haec — habent T. — 39. de hiis de T. — 40. finem caritatis Vlisii est correctio. vulgo in fine (in finem ST.) charitatem (caritatem DT.; caritatis S.) — pro populo meo DS.

41. prope es] prae es S.; promisisti Hilgenfeld cl. Syr. Aeth. — in fine DST.; vulgo in finem — ante me sunt DST.; vulgo ante me fuerunt — post nos sunt D. — 43. nec enim DS.; nec non T.; vulgo nec — facere DST.; vulgo facere eos — 44. qui in eo creati DST.; vulgo eos qui in eo creandi — 45. vivificabis Vlisii est emendatio; vivificavi T.; vivificavit DS.; vulgo vivificasti — sustinebit DST.; vulgo sustinebat — ita prorsus ut edidi Syr., nisi quod post creaturam in unum addit: si ergo viventes vivent in unum —

matricem mulieris et dices ad eam: decem si paris, quare per tempus? roga ergo eam, ut det decem in unum. [47]et dixi: non utique poterit, sed secundum tempus. [48]et dixit ad me: et ego dedi matricem terrae his qui seminati sunt super eam per tempus; [49]quemadmodum enim infans non parit nec ea quae senuit adhuc, sic ego disposui a me creatum saeculum.

[50]Et interrogavi et dixi: cum iam dederis mihi viam, loquar coram te: num mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc iuvenis est, an iam senectuti appropinquat? [51]et respondit ad me et dixit: interroga quae parit, et dicet tibi; [52]dices enim ei: quare quos peperisti nunc non sunt similes his qui ante, sed minores statura? [53]et dicet tibi et ipsa: alii sunt, qui in iuventute virtutis nati sunt, et alii, qui sub tempore senectutis deficiente matrice sunt nati. [54]considera ergo et tu, quoniam minores statura estis prae his qui ante vos, [55]et qui post vos quam ut vos, quasi iam senescentes creaturae et fortitudinem iuventutis praetereuntes.

[56]Et dixi: rogo, Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, demonstra servo tuo, per quem visites creaturam tuam. **VI.** et dixit ad me: initio terreni orbis et antequam starent exitus saeculi, et antequam spirarent conventiones ventorum, [2]et antequam sonarent voces tonitruum, et antequam splenderent nitores coruscationum, et antequam confirmarentur fundamenta paradisi, [3]et antequam viderentur decori flores, et antequam confirmarentur motu virtutes, et antequam colligerentur innumerabiles militiae angelorum, [4]et antequam extollerentur altitudines aërum, et antequam nominarentur mensurae firmamentorum, et antequam aestuarent camini in Sion, [5]et antequam investigarentur praesentes anni, et antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinventiones

---

46. decem si recte scripserunt Volkmar et Hilgenfeld, cf. Syr. Aeth. Ar. Arm.; libri: et si — 48. te dedi ST.; dedi te D. — 49. nec ea quae senuit adhuc DST.; vulgo ea quae senum sunt.

50. num Volkmari est correctio; libri nam — an addendum esse iam Vlis recte monuit, cf. Syr.; a libris abest. — 51. quae DST.; vulgo eam quae — 52. ante D.; vulgo ante te — 53. sub tempus DS. — deficientis (deficiente S.) matricis DS. — 54. minores DST.; vulgo minori — 55. qua ut (et D.) vos DST.: vulgo minori quam vos — praeterientis S.; Hilgenfeld Vlisio duce scripsit senescentis et dein praeterientis.

56. per quam DST. — visitas DT. — VI. 2. tonitrui T. — coruscuum S. — 3. decores S. — motu ST.; motuum D.; vulgo motae — 4. aërum DS.; vulgo aëris — textum vulgo receptum: aestuarent camini in Sion, tuentur etiam DT.; unus S.: aestimaretur camillum Sion, quem Volkmar secutus est, nisi quod pro camillum scripsit cimelium. Hilgenfeld cl. Syr. et Ar.: aedificaretur scabillum Sion —

et consignati essent qui fide thesaurizaverunt: [6]tunc cogitavi, et facta sunt per me solum, et non per alium, ut et finis per me, et non per alium.

[7]Et respondi et dixi: quae erit separatio temporum? aut quando prioris finis et sequentis initium? [8]et dixit ad me: ab Abraham usque ad Isaac, quoniam natus est ab eo Iacob et Esau, manus enim Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau; [9]finis enim huius saeculi Esau, et principium sequentis Iacob. [10]hominis manus inter calcaneum et manum; aliud noli quaerere, Esdra.

[11]Et respondi et dixi: o Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, [12]oro ut demonstres servo tuo finem signorum tuorum, quorum ex parte mihi demonstrasti nocte praecedente. [13]et respondit et dixit ad me: surge super pedes tuos et audies vocem plenissimam sonitus: [14]et erit sicut commotione commovebitur locus, in quo stes super eum, [15]in eo cum loquitur tu non expaveas, quoniam de fine verbum; et fundamenta terrae intelligent, [16]quoniam de ipsis sermo: tremiscet et commovebitur, scit enim quoniam finem eorum oportet commutari. [17]et factum est, cum audissem, et surrexi super pedes meos et audivi, et ecce vox loquens, et sonus eius sicut sonus aquarum multarum, [18]et dixit: ecce dies veniunt et erit, quando appropinquare incipiam, ut visitem habitantes in terra, [19]et quando inquirere incipiam ab eis qui iniuste nocuerunt iniustitia sua, et quando

---

5. fide DST.; vulgo fidem — thesaurizarentur T. — 6. facta sunt haec DS. — ut et DST.; vulgo et.

8. Isaac] Abraham S. Syr. Ar. — quoniam T.; quum S.; vulgo quando — natus est DST.; vulgo nati sunt — enim DST.; vulgo om. — 9. enim] autem D. — 10. manus] membra Hilgenfeld. Syr.: [9]calcaneus prioris Esau, et manus secundi Iacob; principium enim hominis manus eius, et finis hominis calcaneus eius: [10]inter calcaneum igitur et manum aliquid aliud noli quaerere, o Ezra. Aeth.: nam extremitas eius calx hominis, et summitas hominis sicut calx eius et manus eius. Ar.: nam finis partium hominis extremitasque earum est calcaneus eius, et initium earum est manus eius: et ecce calcaneus et manus coniuncta erant.

12. ex parte S.; parte D.; partem T. et vulgo — monstrasti D. — sequenti praecedente T. — audies DST.; vulgo audi — sonus S. — 14. sicut] sic S. — commotione Vlisii est emendatio, cf. Syr. Aeth. Ar.; libri: commotio nec — stas D.; stat S. — 15. in eo S.; DT. ideo, ut vulgo — loqueretur S. — fundamenta S.; vulgo fundamentum — iam Volkmar recte scripsit intelligent; libri: intelligitur — 16. recte scripsit Hilgenfeld tremiscet (sc. τὰ θεμέλια); DS. tremescit; T. ut vulgo: tremiscit — commovebitur DST.; vulgo commovetur — 17. et surrexi DST.; vulgo et om. — 18. incipio S. — 19. in iniusticia D. —

suppleta fuerit humilitas Sion, [20]et cum supersignabitur saeculum quod incipiet pertransire, haec signa faciam: libri aperientur ante faciem firmamenti, et omnes videbunt simul; [21]et anniculi infantes loquentur vocibus suis, et praegnantes immaturos parient infantes trium et quatuor mensium, et vivent et suscitabuntur; [22]et subito apparebunt seminata loca non seminata, et plena promptuaria subito invenientur vacua; [23]et tuba canet cum sono, quam cum omnes audierint, subito expavescent. [24]et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos ut inimici, et expavescet terra cum his qui inhabitant eam, et venae fontium stabunt et non decurrent in horis tribus; [25]et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus praedixi tibi, ipse salvabitur et videbit salutare meum et finem saeculi mei; [26]et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustaverunt a nativitate sua, et mutabitur cor inhabitantium terram et convertetur in sensum alium; [27]delebitur enim malum et extinguetur dolus, [28]florebit autem fides, et vincetur corruptela, et ostendetur veritas, quae sine fructu fuit diebus tantis.

[29]Et factum est cum loqueretur mihi, et ecce paulatim [commovebatur locus, super quem stabam super eum], [30]et dixit ad me: haec veni tibi ostendere tempore venturae noctis. [31]si ergo iterum rogaveris et iterum ieiunaveris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum maiora per diem quoniam audivi. [32]audita est vox tua apud Altissimum; vidit enim Fortis directionem tuam et providit pudicitiam, quam a iuventute tua habuisti, [33]et propter hoc misit me demonstrare tibi haec omnia et dicere tibi: confide et noli timere, [34]et noli festinare in prioribus temporibus cogitare vana, et non properes a novissimis temporibus.

---

20. incipiet DST.; vulgo incipient — 21. parient filios infantes D. — 24. qui inhabitant eam DS.; vulgo om. — et non decurrunt S.; ut non decurrant D. — 25. mei DST.; vulgo vestri — 26. terram ego addidi, cf. Syr. Aeth. Ar. Arm., a libris abest — alium] alterum D. — 28. diebus tantis] tantis temporibus DT.

29. verba uncinis inclusa ex Syro desumpsi, quocum consentiunt Aeth. Ar. Arm., cf. supra vs. 14. in versione latina vulgo haec leguntur: intuebar super eum ante quem stabam, sed S. haec habet: intuebatur super quem stabam super eum. hunc librum merito secuti sunt Volkmar et Hilgenfeld, sed cum hic scriberet: titubabat, ille: immovebatur (!) super quod, rem infectam reliquerunt. — 30. tempore venture noctis T.; et venturae nocti S.; vulgo tempus venturae noctis; Syr. ista nocte; Aeth. sicut in nocte praeterita; Ar. sicut die praeterito — 31. per diem quoniam (vulgo quam) audivi (auditu DS.) DST.; Hilgenfeld scripsit: maiora. pridem iam auditu — 32. post audita est vulgo additur enim, abest a DST. — tua post iuventute om. D. — 34. in prioribus DST.; vulgo cum prioribus — vana verba D. — ut non properes DT.

Visio tertia.

35 Et factum est post haec et flevi iterum, et similiter ieiunavi
septem diebus, ut suppleam tres hebdomadas, quae dictae sunt
mihi. 36 et factum est in octava nocte, et cor meum iterato tur-
babatur in me, et coepi loqui coram Alsissimo; 37 inflammabatur
enim spiritus meus valde, et anima mea anxiabatur. 38 et dixi:
o Domine, loquens locutus es ab initio creaturae, in primo die
dicens: fiat coelum et terra; et tuum verbum opus perfecit. 39 et
erat tunc spiritus volans, et tenebrae circumferebantur et silentium,
sonus vocis hominis nondum erat abs te. 40 tunc dixisti de the-
sauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum.
41 et die secundo iterum creasti spiritum firmamenti, et imperasti
ei ut divideret et divisionem faceret inter aquas, ut pars quidem
sursum recederet, pars vero deorsum maneret. 42 et tertio die
imperasti aquis congregari in septima parte terrae, sex vero par-
tes siccasti et conservasti, ut ex his sint coram te ministrantia
seminata adeo et culta. 43 verbum enim tuum processit, et opus
statim fiebat. 44 processit enim subito fructus multitudinis immen-
sus et concupiscentia gustus multiformis, et flores colore inimitabili,
et odores odoramenti ininvestigabilis; et die tertio haec facta
sunt. 45 quarto autem die imperasti fieri solis splendorem, lunae
lumen, stellarum dispositionem, 46 et imperasti eis ut deservirent
futuro plasmato homini. 47 quinto autem die dixisti septimae parti,
ubi erat aqua congregata, ut procrearet animalia et volatilia et

---

35. ebdomadas DST. — 36. iterato (iterum D.) turbabatur (turbatur S. a pr. m.) DST.; vulgo turbabatur iterato — 37. anxiebatur T. — 38. perfecit DST.; vulgo perfectum — 39. volans DST.; vulgo om. — 40. lumen quod luminis ut apparerent opere tuo S. — 41. iterum Ambros. de spir. s. 2, 7. Syr. Aeth.; a codd. abest. — quidem DST.; vulgo quaedam. — 42. tertio DT.; vulgo tertia — adeo T.; vulgo a deo — Syr. ut ex his sint coram te ministrantes et colerentur et seminarentur; Aeth. ut in iis ararent et seminarent et viverent coram te; Ar. ut ibi plantaretur et sereretur et araretur — 44. concupiscentia DS.; concupiscenti T.; vulgo concupiscentiae — multiformis D.; vulgo multiformes — colore inimitabili S.; vulgo colore immutabili; et colores immutabiles D. — ininvestigabilis correctio est Volkmari; libri male: investigabilis — tertio ST.; vulgo tertia — 45. quarto D.; vulgo quarta — 47. et ante volatilia om. DS. —

pisces; et ita fiebat [48]aqua muta et sine anima, quod ei iubebatur, animalia faciens, ut ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. [49]et tunc conservasti duas animas; nomen uni vocasti Enoch et nomen secundi vocasti Leviathan, [50]et separasti ea ab alterutro; non enim poterat septima pars, ubi erat aqua congregata, capere ea. [51]et dedisti Enoch unam partem, quae siccata est tertio die, ut habitet in ea, ubi sunt montes mille, [52]Leviathan autem dedisti septimam partem humidam, et servasti ea, ut fiant in devorationem quibus vis et quando vis. [53]sexto autem die imperasti terrae, ut crearet coram te iumenta et bestias et reptilia, [54]et super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quae fecisti, et ex eo educimur nos omnes quemque elegisti populum. [55]haec autem omnia dixi coram te, Domine, quoniam dixisti quia propter nos creasti saeculum. [56]residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, et quoniam salivae assimilatae sunt, et quasi stillicidium de vase similasti habundantiam eorum. [57]et nunc, Domine, ecce istae gentes, quae in nihilum deputatae sunt, coeperunt dominari nostri et devorare nos. [58]nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum, unigenitum, aemulatorem carissimum, traditi sumus in manibus eorum: [59]et si propter nos creatum est saeculum, quare non haereditatem possidemus cum saeculo? usquequo haec?

VII. Et factum est, cum finissem loqui verba haec, missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, [2]et dixit ad me: surge, Esdra, et audi sermones quos veni loqui ad te. [3]et dixi: loquere, Dominus meus. et dixit ad me: mare positum est in spatioso loco, ut esset altum et immensum; [4]erit autem

---

48. vulgo ante hunc vs. interpungitur, ita vero legitur: aqua muta et sine anima quae Dei nutu iubebantur animalia faciebat — muta] multa DST. — quod ei (quo dei ST.) iubebatur (videbatur T.) DST. — faciens DST. — 49. duas animas] duo animata Volkmar; duo animalia Hilgenfeld — unius Hilgenfeld — Enoch DST.; vulgo Henoch; Syr. Aeth.: Behemoth — secundi DST.; vulgo secundae — 51. Enoch DST.; vulgo Henoch — inhabitet (+ et S.) DS. — 52. ea Volkmar; libri: eam — fiant ST.; vulgo fiat — in devoratione ST. — 54. quemque] quem DS. — 55. quoniam dixisti DST.; vulgo om. — 56. nil] nichil DS. — quasi] sicut DS. — habund. DST.; vulgo abund. — 57. nichilum DT. — coeperunt om. DST. — nos DST.; vulgo om. — 58. carissimum DST.; vulgo tuum — 59. creatum] tantum T. — nostram hereditatem non D. — possidemus nostram saeculo S.

VII., 3. dominus DST.; vulgo deus — altum] latum Hilgenfeld; amplum Volkmar —

ei introitus in angusto loco positus, ut esset similis fluminibus. [5]quis enim volens voluerit ingredi mare et videre eum, vel dominari eius: si non transierit angustum, in latitudinem venire quomodo poterit? [6]item aliud: civitas est aedificata et posita in loco campestri, est autem plena omnium bonorum; [7]introitus eius angustus et in praecipiti positus, ut esset a dextris quidem ignis, a sinistris aqua alta, [8]semita autem est una sola inter eos posita, hoc est inter ignem et aquam, ut non capiat semita nisi solummodo vestigium hominis: [9]si autem dabitur civitas homini in haereditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo accipiet haereditatem suam? [10]et dixi: sic, Domine. et dixit ad me: sic est et Israël pars. [11]propter eos enim feci saeculum, et quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factum est: [12]et facti sunt introitus huius saeculi angusti et dolentes et laboriosi, pauci autem et mali et periculorum pleni et labore magno opere fulti; [13]nam maioris saeculi introitus spatiosi et securi et facientes immortalitatis fructum. [14]si ergo non ingredientes ingressi fuerint qui vivunt angusta et vana haec, non poterunt recipere quae sunt reposita. [15]nunc ergo tu quare conturbaris, cum sis corruptibilis? et quid moveris tu, cum sis mortalis? [16]et quare non accepisti in corde tuo quod futurum, sed quod in praesenti?

[17]Et respondi et dixi: Dominator Domine, ecce disposuisti in lege tua, quoniam iusti haereditabunt haec, impii autem peribunt. [18]iusti autem ferent angusta sperantes spatiosa; qui enim impie gesserunt, et angusta passi sunt, et spatiosa non videbunt. [19]et dixit ad me: non est iudex super Deum, neque intelligens super Altissimum. [20]pereunt enim multi praesentes, quia negligitur quae ante posita est Dei lex. [21]mandans enim mandavit Deus veni-

---

4. fluminis S. — 5. venire quomodo ST.; venire non D.; vulgo quomodo venire — 7. introitus autem DS. — quidem] siquidem DST. — a sinistris vero S.; et a sinistris quidem D. — 8. hoc est ignis et aqua S. — 12. et ante dolentes om. T. — labore magno opere (vulgo magnopere) T. et ita vulgo; laborum magnorum (+ opere D.) SD. — 13. et securi om. T. — 14. non ingredientes ingressi fuerint DST.; vulgo ingredientes non fuerunt ingressi — vana] mala Hilgenfeld — 15. tu quare DST.; vulgo quare tu — corruptibilis cum sis DS. — 16. futurum DST.; vulgo est futurum — sed in praesentis T.

17. et respondi DST.; et vulgo om. — in lege DST.; vulgo lege — 18. spatiosa in fine non videbunt S. — 20. pereant DS. — quia] quoniam S. — neglegatur S. —

entibus quando venerunt, quid facientes viverent et quid observantes non punirentur. [22]hi autem non sunt persuasi et contradixerunt ei, et constituerunt sibi cogitamenta vanitatis, [23]et proposuerunt sibi circumventiones delictorum, et superdixerunt Altissimo non esse, et vias eius non cognoverunt, [24]et legem eius spreverunt, et sponsiones eius abnegaverunt, et in legitimis eius fidem non habuerunt, et opera eius non perfecerunt: [25]propter hoc, Esdra, vacua vacuis et plena plenis. [26]ecce tempus veniet, et erit quando venient signa quae praedixi tibi, et apparebit sponsa et apparescens civitas, et ostendetur quae nunc subducitur terra, [27]et omnis qui liberatus est de praedictis malis, ipse videbit mirabilia mea. [28]revelabitur enim filius meus Iesus cum his qui cum eo sunt, et iocundabuntur qui relicti sunt annis quadringentis. [29]et erit post annos hos, et morietur filius meus Christus et omnes qui spiramentum habent homines. [30]et convertetur saeculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus iniciis, ita ut nemo derelinquatur. [31]et erit post dies septem, et excitabitur quod nondum vigilat saeculum, et morietur corruptum; [32]et terra reddet qui in ea dormiunt, et pulvis qui in eo silentio habitant, et promptuaria reddent quae eis commendatae sunt animae. [33]et revelabitur Altissimus super sedem iudicii, et pertransibunt misericordiae, et longanimitas congregabitur; [34]iudicium autem solum remanebit, et veritas stabit, et fides convalescet, [35]et opus subsequetur, et merces ostendetur, et iustitiae vigilabunt, et iniustitiae non dormibunt.

---

22. cogitamenta DST.; vulgo cogitamen — 23. Altissimum S. a sec. m. — 24. in ante legitimis om. S. — 26. ecce enim S. — pro apparescens malim apparescet — civitas et DST.; vulgo om. — 27. mea om. T. — 28. Iesus] Messias Syr. Aeth. Ar. — sunt post eo om. S. Ambrosius — iucundabit S. Syr. Aeth. Ar. — annis DST.; vulgo in annis — 30. iniciis DST.; vulgo iudiciis — 32. reddet qui DS.; vulgo reddet quae — habitat ST. — 33. misericordie S.; vulgo miseriae — congregabitur] contrahetur Syr.; cessabit Aeth. — 34. et veritas DST.; vulgo et om. — 35. dormibunt S.; vulgo dominabuntur.

[**VI.** Et apparebit sinus tormentorum, ex adverso autem huius locus quietis; revelabitur furnus gehennae, et ex adverso eius iterum paradisus iucunditatum. [2]et dicet tunc Altissimus contra illos populos resuscitatos: respicite et videte quem abnegastis, aut quem non coluistis, aut cuius praecepta reiecistis. [3]videte igitur ex adverso vestrum: ecce hic deliciae et oblectamenta, et illic ignis et tormentum. haec loquetur eis in illo die iudicii. [4]ille enim dies iudicii sic est: [5]non sol est in eo neque luna neque stellae, [6]neque nubes neque fulgura neque tonitrua, [7]neque venti neque aqua neque aër, [8]neque tenebrae neque vesper neque mane, [9]neque aestas neque hiems neque initium anni, [10]neque calor neque glacies neque frigus, [11]neque grando neque ros neque pluvia, [12]neque meridies neque nox neque dies, [13]neque lux neque lumen, [14]neque fulgor neque splendor, nisi tantum radius gloriae Altissimi, [15]ex quo erit, ut sint videntes quod constitutum est. [16]longitudo autem erit ei sicut hebdomada annorum. [17]hoc est autem et lex eius, et tibi soli demonstravi ea.

[18]Et respondi et dixi: Dominator Domine, etiam tunc dixi et nunc iterum dicam: beati omnes illi qui venerunt et custodierunt praecepta posita a te! [19]sed de iis, de quibus rogatio mea est, quis enim ex iis qui venerunt, qui non peccaverint? aut quis ex natis, qui non transgressus sit praeceptum tuum? [20]et nunc apparet, quia paucis futurum est ut saeculum venturum ferat iucunditatem, multis vero tormentum. [21]est enim in nobis cor malum, quod abduxit nos ab his et adduxit nos ad corruptionem, et vias mortis

---

Post vs. 35. quaedam excidisse contexta oratio docet, multa vero ex versionibus intelligitur, denique Ambrosius, archiepiscopus Mediolanensis, quaedam versionis latinae fragmenta attulit, vel etiam liberius retulit, quae huc pertinent quaeque in margine infra afferemus. ne vero manca esset et imperfecta nostra libri editio, loco eorum quae in versione latina perierunt syriacam interpretationem uncinis inclusam latine inseruimus. etsi enim haec, a qua aethiopica haud multum differt, puriorem textum latinum non omnino refert, multo tamen magis ad eum accedit quam Arabs, qui magna licentia usus suapte manu addidit et vero omisit quae libuit.

VI, 6—14. Ambrosius de bono mortis c. 12.: ibimus eo ubi paradisus est iucunditatis — ubi nullae nubes, nulla tonitrua, nullae coruscationes, nulla ventorum procella, neque tenebrae, neque vesper; neque aestas, neque hiems vices variabunt temporum, non frigus, non grando, non pluviae: non solis istius erit usus aut lunae, neque stellarum globi, sed sola Dei fulgebit claritas; Dominus enim erit lux omnium.

demonstravit nobis, et semitas perditionis indicavit nobis, [22]et removit nos a vita; [23]et hoc nequaquam paucis, sed fortassis omnibus qui fuerunt. [24]et respondit et dixit ad me: audi me, Ezra, et dicam tibi, et denuo erudiam te. [25]propter hoc non fecit Altissimus unum saeculum, sed duo. tu autem qui dixisti, non multos esse iustos, sed paucos, audi contra haec. [26]lapides pretiosi si fuerint tibi et pauci, contra numerum horum constitue tibi plumbum et argillam. [27]et dixi: quomodo, Domine, possibile est? [28]et respondit et dixit ad me: minime hoc tantum, sed interroga terram, et dicet tibi, et dic illi, et enarrabit tibi. dic illi: aurum generasti et argentum et aes et ferrum et plumbum et argillam. [29]plus autem est argentum quam aurum, et aes quam argentum, [30]et ferrum quam aes, [31]et plumbum quam ferrum, et argilla quam plumbum. [32]confer ergo tu et vide, quaenam sint pretiosa et cara, multa an pauca. [33]et respondi et dixi: Dominator Domine, multa sunt contemptibilia, et pauca pretiosa. [34]et respondit et dixit ad me: confer ergo in temetipso quod cogitasti, quia omnis qui habet modicum quod est paucum, gaudet de eo magis, quam ille qui habet multa. [35]sic est consilium iudicii eius. gaudeo enim et laetor de paucis qui salvantur, quoniam ipsi sunt qui nunc gloriam meam confirmant, et propter quos nomen meum glorificatum est. [36]neque angustior de multitudine illorum qui pereunt; [37]ipsi sunt enim illi qui nunc assimilati sunt vapori, et sicut fumus ipsi reputati sunt, et pares flammae facti sunt, quia arserunt et extincti sunt.

[38]Et respondi et dixi: o quid fecisti, terra, a qua isti nati sunt et eunt in perditionem? [39]si autem intellectus de pulvere est, sicut reliquae creaturae, expediebat ut utinam etiam ipse esset pulvis; non autem fuit, quia intellectus non erit exinde. nunc autem intellectus nobiscum crescit, et propter hoc cruciamur, quia cum sciamus perimus; [40]lugeant cognationes hominum, ferae autem gaudeant: lamententur omnes nati, iumenta autem et pecus exsultent, [41]quia illis expedit multum valde quam nobis, quia non exspectant iudicium neque noscunt supplicium, neque vita post

---

35. eius] ex contextu corrigerem mei, Ceriani.

39. Ambrosius ep. ad Horontianum (Opp. ed. Colon. V. p. 140.): de quo tibi Esdrae librum legendum suadeo, qui et illas philosophorum nugas despexerit, et abditiore prudentia, quam legerat ex revelatione, perstrinxerit eas (animas) substantiae esse superioris.

mortem promissa est eis. 42nos enim quid proficimus, quod viventes vivimus, sed cruciatu cruciabimur? 43omnes enim mali coinquinati sunt in peccatis et pleni sunt iniquitate, et graves super eos ruinae eorum. 44et si post mortem non veniremus ad iudicium, multum expediret nobis. 45et respondit et dixit ad me: et quando Altissimus faciens faciebat saeculum et Adam et omnes qui fuerunt ab eo, antea paravit iudicium et quae iudicii sunt. 46et nunc ex verbis tuis intellige, quia dixisti, quod intellectus nobiscum crescit. habitatores ergo terrae propter hoc cruciantur, quod, cum sit in eis intellectus, inique egerunt. 47et acceperunt mandata et non custodierunt ea, etiam legem quae posita fuit eis reiecerunt. et quid habent quod dicant in iudicio, aut quomodo aperient os suum et loquentur in tempore novissimo? quamdiu enim longanimis fuit Altissimus in habitatores saeculi, 48et minime propter eos ipsos, sed propter tempora reposita!

49Et respondi et dixi: si inveni gratiam in conspectu tuo, Dominator Domine, indica servo tuo etiam istud: num post mortem nunc, cum reddimus singuli quisque animam nostram, num custoditi custodimur in quiete, donec veniant illa tempora, in quibus futurum est ut renoves creaturam tuam, an ex hoc nunc cruciamur? 50et respondit et dixit ad me: indicabo tibi etiam de isto, tu vero non coniunges animam tuam cum inobedientibus, neque connumerabis temetipsum cum iis qui cruciantur; habes enim thesaurum operum repositum apud Altissimum, neque apparebit tibi usque ad tempora novissima. 51de morte autem hoc est verbum: quando exierit decisio sententiae ab Altissimo super hominem ut moriatur, quando separatur spiritus a corpore ut remittatur ad illum qui dedit eum, 52primo adorat gloriam Dei; 53si autem est ex contemptoribus, aut ex illis qui non custodierunt vias Altissimi, aut ex illis qui oderunt timentes Deum, 54animae istae promptuaria non ingrediuntur, 55sed ex hoc nunc sunt in supplicio, et gemunt et contristantur septem viis. 56via prima, quod restiterunt legi

---

55—62. Ambrosius de bono mortis c. 10.: ergo dum exspectatur plenitudo temporis, exspectant animae remunerationem debitam: alias manet poena, alias gloria, et tamen nec illae interim sine iniuria, nec istae sine fructu sunt. nam et illae videntes servantibus legem Dei repositam esse mercedem gloriae, conservari earum ab angelis habitacula, sibi autem dissimulationis et contumaciae supplicia futura et pudorem et confusionem, ut intuentes gloriam Altissimi erubescant in eius conspectum venire, cuius mandata temeraverunt —.

Altissimi; [57]via secunda, quod non possunt converti et facere bona, in quibus salventur; [58]via tertia, quod vident mercedem repositam illis qui crediderunt; [59]via quarta, quando noverunt et intellexerunt supplicium, quod paratum est eis in novissimo, in quo corripientur animae impiorum, quia cum haberent tempus operationis, non subiecerunt se praeceptis Altissimi; [60]via quinta, quod vident promptuaria animarum aliarum, quae custodiuntur ab angelis in quiete multa; [61]via sexta, quod vident supplicium, quod ex hoc nunc paratum est eis; [62]via septima, quae maior est ceteris viis praedictis, quod tabescunt in confusione et consumuntur in pudore et marcescunt in timore, quia vident gloriam Altissimi, in cuius conspectu nunc peccant dum vivunt, et coram quo futurum est ut in novissimo iudicentur. [63]illarum vero, quae custodierunt viam Altissimi, haec est via, quando venerit dies, ut liberentur de vase isto corruptibili; in illo enim tempore, quo habitaverunt in eo, subiecerunt se Altissimo in labore et in omnibus horis pertulerunt periculum, ut perfecte custodirent legem eius, eam quam posuit eis legem. [64]propter hoc istud est verbum de eis: primo vident in gaudio multo gloriam Altissimi qui assumit eas, et requiescunt et eunt in septem viis. [65]via prima, quod in labore multo pugnaverunt, ut vincerent sensum malum, qui fictus fuit in eis, ne aberrarent a vita ad mortem; [66]via secunda, quod vident conversionem, in qua convertuntur et vexantur animae impiorum, et supplicium reservatum illis; [67]via tertia, quod vident testimonium, quod testificatus est de eis fictor earum, quia in vita sua custodierunt legem

---

65—76. Ambrosius de bono mortis c. 11.: iustarum autem animarum per ordines quosdam digesta laetitia: primum quod vicerint carnem nec illecebris eius inflexae sint; deinde quod pro pretio sedulitatis et innocentiae suae securitate potiantur nec quibusdam, sicut impiorum animae, erroribus et perturbationibus implicentur atque vitiorum suorum memoria torqueantur et exagitentur quibusdam curarum aestibus; tertio quod servatae a se legis divino testimonio fulciuntur, ut factorum suorum incertum supremo iudicio non vereantur eventum; quarto quia incipiunt intelligere requiem suam et futuram sui gloriam praevidere, eaque se consolatione mulcentes in habitaculis suis cum magna tranquillitate requiescent stipatae praesidiis angelorum; quintus autem ordo exultationis uberrimae habet suavitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucem libertatemque pervenerint et repromissam sibi possideant haereditatem. — denique sexto ordine demonstrabitur iis, quod vultus earum sicut sol incipiet refulgere et stellarum luminibus comparari (cf. Mtth. 13, 43. Dan. 12, 3.), qui tamen fulgur earum corruptelam iam sentire non possit. septimus vero ordo is erit, ut exsultent cum fiducia et sine ulla cunctatione confidant et

creditam; [68]via quarta, quod vident et intelligunt quietem, quia nunc, quando collectae fuerint in promptuariis suis, requiescunt in quiete multa et ab angelis custodiuntur, et gloriam reservatam eis in novissimo; [69]via quinta, quod gaudent, quomodo effugerint nunc ab eo quod corrumpitur, et quomodo haereditabunt quod futurum est: [70]et iterum vident tribulationem et multitudinem laboris, a quo liberatae fuerunt, et recreationes, quas futurum est ut accipiant, et oblectamenta quae recipient, et sunt immortales; [71]via sexta, quando ostendetur eis, quomodo futurum est ut facies eorum luceant sicut sol, et quomodo futurum est ut assimilentur luci stellarum, neque iterum corrumpentur; [72]via septima, quae maior est ceteris praedictis, quod gloriantur cum fiducia et confidunt, neque confunduntur et accelerant, ut videant faciem illius, cui subiecerunt se in vita sua, et illius, a quo futurum est ut glorificentur et ut accipiant mercedem. [73]hae sunt viae animarum iustorum, quae ex hoc nunc annuntiantur. [74]et vias tormentorum praedictas recipient ex hoc nunc rebelles, animae istae in promptuaria non ingrediuntur, sed ex hoc nunc sunt cruciatae in supplicio, et gemunt et lugent in septem viis. [75]et respondi et dixi: nunc vero dabiturne eis locus, aut tempus animabus, postquam separabantur a corporibus, ut viderent quod dixisti mihi? [76]et respondit et dixit ad me: septem sunt dies libertatis earum, in quibus septem diebus vident verba illa, quae dicta antea fuerunt, et postea colligentur in promptuaria sua.

[77]Et respondi et dixi: si inveni gratiam in oculis tuis, indica mihi servo tuo iterum etiam hoc: num in die iudicii poterunt iusti interrogare impios, aut deprecari pro eis Altissimum, aut patres

---

sine trepidatione laetentur, festinantes vultum eius videre, cui sedulae servitutis obsequia detulerunt, de quo innoxiae conscientiae recordatione praesumant gloriosam mercedem laboris exigui, quam incipientes recipere cognoverunt indignas esse huius temporis passiones, quibus remunerationis aeternae gloria tanta referatur (cf. Rom. 8, 18.). hic ordo, inquit, animarum, quae sunt iustorum, quas etiam immortales non dubitavit dicere in quinto ordine, eo quod spatium, inquit, incipiunt recipere fruentes et immortales. haec est, inquit, requies animarum per septem ordines et futurae gloriae prima perfunctio, priusquam in suis habitationibus quietae congregationis munere perfruantur. unde ait propheta ad angelum: ergo dabitur tempus animabus, postquam separatae fuerint de corpore, ut videant, de quo modo dixisti? et dixit angelus: septem dies erit libertas earum, ut videant in septem diebus qui praedicti sunt sermones, et postea congregabuntur in habitaculis suis.

pro filiis suis, aut filii pro patribus suis, aut fratres pro fratribus suis, aut cognati pro cognatis suis, aut amici pro amicis suis? [78]et respondit et dixit ad me: quoniam invenisti gratiam in oculis meis, etiam de hoc indicabo tibi. dies iudicii dies est decretorius et omnibus ostendet signaculum veritatis. [79]sicut enim nunc non ablegat pater filium suum, [80]aut filius patrem suum, aut dominus servum suum, aut amicus dilectum suum, ut pro eo infirmetur, aut ut dormiat, aut ut manducet, aut ut sanetur: [81]sic etiam tunc non poterit quis ut deprecetur pro aliquo in illo die, [82]neque ut gravet aliquis aliquem. [83]omnes enim tunc portabunt singuli iustitiam suam aut iniquitatem suam.]

[36]Et dixi: primus Abraham propter Sodomitas oravit, et Moyses pro patribus qui in deserto peccaverunt, [37]et Iesus qui post eum pro Israël in diebus Achaz, [38]et Samuhel et David pro confractione, et Salomon pro eis qui venerunt in sanctionem, [39]et Elias pro his qui pluviam acceperunt et pro mortuo ut viveret, [40]et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, et multi pro multis. [41]si ergo modo, quando corruptibile increvit et iniustitia multiplicata est, oraverunt iusti pro impiis, quare et tunc sic non erit? [42]et respondit ad me et dixit: praesens saeculum non est finis, gloria in eo frequens non manet, propter hoc oraverunt validi pro invalidis: [43]dies enim iudicii erit finis temporis huius et initium futuri immortalitatis temporis, in quo pertransivit corruptela, [44]soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas, crevit autem

---

81. Hieronymus adv. Vigilantium c. 10.: tu vigilans dormis et dormiens scribis et propinas mihi librum apocryphum, qui sub nomine Esdrae a te et similibus tui legitur, ubi scriptum est, quod post mortem nullus pro aliis gaudeat deprecari, quem ego librum nunquam legi —.

36. et dixi om. DST.; Syr.: et respondi et dixi: et quomodo, Domine, invenimus quod. ita etiam Aeth. Ar. Arm. — cf. Gen. 18, 23. ss. Exod. 32, 30. ss. — 37. Hiesus DS.; vulgo om. — cf. Ios. 7, 7. 8. — Achas DT.; עָכָן, LXX Ἀχαρ — 38. cf. 1 Sam. 7, 9. 2 Sam. 24, 17. 1 Regg. 8, 14. — Samuhel DS.; vulgo Samuelis — et David DST.; vulgo et om. — venerunt om. S. — sanctionem DST.; vulgo sanctificationem — 39. cf. 1 Regg. 17, 14. 21. ss. — Helias DS.; helyas T. — 40. cf. 2 Regg. 19, 15. ss. — 41. delevi et ante oraverunt — tunc recte restituit Volkmar, cf. verss.; libri: nunc — 42. addidi non ante manet, a libris abest; Hilgenfeld: non frequens; Volkmar: non enim gloria, ceterum cf. reliquas verss. — validi addidit Volkmar cl. Syr. Ar. Aeth. — 43. diei DST. — et initium om. DST. — futuri immortalitatis (immortalis S.) temporis DTS.; vulgo temporis futurae immortalitatis — pertransivit DST.; vulgo transivit — 44. abscisa DT. —

iustitia, orta est veritas; [45]tunc ergo nemo poterit salvare eum qui periit, neque demergere eum qui vicerit.

[46]Et respondi et dixi: hic sermo meus primus et novissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum iam dedisset, cohercere eum ut non peccaret; [47]quid enim prodest hominibus in praesenti vivere in tristitia et mortuos sperare punitionem? [48]o tu quid fecisti, Adam? si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed et nostrum, qui ex te advenimus. [49]quid enim nobis prodest, si promissum est nobis immortale tempus, nos vero mortalia opera egimus? [50]et quoniam praedicta est nobis perennis spes, nos vero pessime vani facti sumus? [51]et quoniam reposita sunt habitacula sanitatis et securitatis, nos vero male conversati sumus? [52]et quoniam incipiet gloria Altissimi protegere eos qui caste conversati sunt, nos autem pessimis viis ambulavimus? [53]et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseverat, in quo est securitas et medela, [54]nos vero non ingrediemur? in ingratis enim locis conversati sumus; [55]et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt, nostrae autem facies super tenebras nigrae? [56]non enim cogitavimus viventes quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus post mortem pati.

[57]Et respondit et dixit: hoc est cogitamentum certaminis quod certabit qui super terram natus est homo, [58]ut si victus fuerit, patiatur quod dixisti; si autem vicerit, recipiet quod dico: [59]quoniam haec est via quam Moyses dixit cum viveret, ad populum dicens: elige tibi vitam ut vivas. [60]non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetis, sed nec mihi qui locutus sum ad eos, [61]quoniam non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus.

---

45. ergo DS.; vulgo enim — demergere eum DS.; vulgo eum om. — vicerit DST.; vulgo vicit.

46. hic DST.; vulgo hic est — non novissimus DST. — 47. hominibus] omnibus DST. — 48. nostrum DST.; vulgo noster — 49. nobis prodest DST.; vulgo prodest nobis — vero DST.; vulgo autem — 50. pessime DST.; vulgo pessimi — 51. sunt DST.; vulgo sunt nobis — securitatis] saturitatis T. — 52. incipiet DS.; reposita T.; vulgo reposita est — caste DS.; vulgo tarde — 53. securitas] saturitas DS. — 55. autem] vero DS. — 56. quod] quid DS.

57. quod] quem S. — certauit DST. — 59. via DST.; vulgo vita — et vivas D.; et vives T. — 61. sicut et DS.

62 Et respondi et dixi: scio, Domine, quoniam nunc vocatus est Altissimus misericors in eo quod misereatur his qui nondum in saeculo advenerunt; 63 et miserator in eo quod miseretur illis qui conversionem faciunt in lege eius; 64 et longanimis, quoniam longanimitatem praestat his qui peccaverunt quasi suis operibus; 65 et munificus, quoniam quidem donare vult pro exigere; 66 et multae misericordiae, quoniam multiplicat magis misericordias his qui praesentes sunt et qui praeterierunt et qui futuri sunt: 67 si enim non multiplicaverit, non vivificabitur saeculum cum his qui inhabitabant in eo; 68 et donator, quoniam si non donaverit de bonitate sua ut alleventur hi qui iniquitatem fecerunt de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars vivificari hominum; 69 et iudex si non ignoverit his qui creati sunt verbo eius, et deleverit multitudinem contemptionum, non fortassis derelinquentur in innumerabili multitudine nisi pauci valde.

VIII. Et respondit ad me et dixit: hoc saeculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. 2 dicam autem coram te similitudinem, Esdra. quomodo autem interrogabis terram et dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis unde fiat fictile, parvum autem pulverem unde aurum fit: sic et actus praesentis saeculi. 3 multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.

4 Et respondi et dixi: [absorbe, anima mea, sensum, et bibe, cor meum, intelligentiam, 5 venis enim sine voluntate tua et abis cum non vis; non enim data est tibi potestas, nisi solummodo in

---

62. nunc DS.; vulgo om. — his om. DST. — 63. et miserator (misereatur ST.) in eo quod miseretur illis DST.; vulgo et quod miseretur illis — 64. longanimus DS. — vulgo legitur est post longanimis, abest a DST. — 65. vulgo legitur est post munificus, abest a DST. — exigere DST.; vulgo exigentiis — 67. multiplicaverit DST.; vulgo multiplicaverit misericordias suas — inhabitabant ST.; habitant D.; vulgo inhaereditabunt — 68. donator DST.; vulgo donat — iniquitatem] iniquitates S. — 69. ignoverit] ignoraverit DS. — creati DST.; vulgo curati — contemptionum DST.; vulgo contentionum. — derelinquentur DST.; vulgo derelinquerentur.

VIII, 4. et 5. verba uncinis circumscripta interpretationis sunt syriacae. Aeth.: gaudeat anima corde, et bibat auris sapientiam; auris enim venit ut audiat, abitque dum non vult, cum nil detur ei nisi brevis vita. Ar. et Arm. more suo licentius egerunt. versio latina vitiosa est; vulgo ita habet: absorbe ergo, anima, sensum, et devora (devoret DST.) quod sapit, convenisti enim obaudire et prophetare (prophetas DST.; properas Hilgenfeld) volens (noles S.; nolens Hilgenfeld); nec enim tibi datum est (est datum ST.) spatium nisi solummodo (solum modum S.; solum modicum Hilgenfeld) vivere. —

vita temporis exigui.] [6]o Domine super nos, si permittes servo tuo ut oremus coram te, et des nobis semen cordis et sensui culturam, unde fructus fiat, unde vivere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis? [7]solus enim es, et una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es; [8]et quoniam vivificas nunc in matrice plasmatum corpus et praestas membra, conservatur in igni et aqua tua creatio, et novem mensibus patitur tua plasmatio tuae creaturae quae in ea creata est: [9]ipsum autem quod servat et quod servatur, utraque servabuntur, servata quandoque iterum reddit matrix quae in ea creverunt; [10]imperasti enim ex ipsis membris praebere lac, fructum mamillarum, [11]ut nutriatur id quod plasmatum est usque in tempus aliquod, et postea dispones eum tuae misericordiae. [12]enutristi eum tuae iustitiae, et erudisti eum in lege tua, et corripuisti eum tuo intellectu; [13]et mortificabis eum ut tuam creaturam, et vivificabis eum ut tuum opus. [14]si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est, tuo iussu facile est ordinari, ut et id quod fiebat servaretur. [15]et nunc dicens dicam, de omni homine tu magis scis, de populo autem tuo, ob quem doleo, [16]et de haereditate tua, propter quam lugeo, et propter Israël, propter quem tristis sum, et de semine Iacob, propter quod conturbor: [17]ideo incipiam orare coram te pro me et pro eis, quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram, [18]sed audivi celeritatem iudicis qui futurus est. [19]ideo audi vocem meam et intellige sermonem meum, et loquar coram te.

---

6. super nos si S.; si super nos D.; si nos T.; vulgo si non — cordis DST.; vulgo cordi — 8. quoniam DST.; vulgo quomodo — vivificas DS.; vulgo om. — plasmatum DST.; vulgo additur est — praestans DST. — igni ST.; vulgo igne — tuae creaturae DST.; vulgo tuam creaturam — 9. servata T.; servati S.; vulgo servataque; servatione tua Hilgenfeld cl. Syr. Ar. Aeth. — quando S. — creverint S. — 10. verba hoc est mamillis post membris utpote glossema cum Vlisio et Volkmaro delevi, absunt a Syr., cf. etiam Aeth. Ar. — fructum DT.; vulgo fructui — 11. dispones DST.; vulgo disponas; disponens Volkmar — 12. enutrivisti T.; et enutrivisti D. — tuae iustitiae (misericordie D.) STD.; vulgo tua iustitia — intel[illegible]ctui DS. — 13. tua creatura ST. — tuum opus DST.; vulgo opus tuum — [illegible] eum om. DST. — facile est] facilem DT.; facili S. — id quod fiebat servaretur] quid fiebat DST. — 15. dicens DST.; vulgo domine — ob quod doleo T.; quod mihi dolet S. — 16. de semine Iacob propter quod SD.; vulgo de Iacob propter quem — conturbor DST.; vulgo doleo — 19. sermonem] clamorem T. — ut loquar te coram D.

[20]Et dixi: Domine, qui inhabitas saeculum, cuius oculi elati in superna et aërem, [21]et cuius thronus inaestimabilis et gloria incomprehensibilis; cui adstat exercitus angelorum cum tremore, [22]quorum servatio in vento et igni convertitur; cuius verbum verum et dicta perseverantia; [23]cuius iussio fortis et dispositio terribilis; οὗ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἄβυσσον καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη καὶ ἡ ἀλήθεια μένει εἰς τὸν αἰῶνα, [24]exaudi orationem servi tui et auribus percipe precationem figmenti tui, [25]dum enim vivo loquar, et dum sapio respondebo. [26]ne aspicias populi tui delicta, sed qui tibi serviunt in veritate; [27]nec attendas impie agentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt; [28]neque cogites qui in conspectu tuo false conversati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognoverunt; [29]neque volueris perdere qui pecudum mores habuerunt, sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt; [30]neque indigneris eis qui bestiis peius iudicati sunt, sed diligas qui semper in tua gloria confiderunt: [31]quoniam nos et patres nostri talibus moribus egimus, tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis; [32]si enim desideraveris ut nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis enim non habentibus opera iustitiae. [33]iusti quibus sunt opera multa reposita apud te, ex propriis operibus recipient mercedem. [34]quid

---

20. versui 20. in libris haec praemissa est inscriptio: Initium verborum Esdrae priusquam assumeretur. — inhabitas saeculum] habitas in aeternum ABIV. — elati codd.; vulgo elevati — in superna et aërem (aëre vulgo) DT.; et superna in aërem S.; et superiora in aëra BI.; et superiores in aëre AV. — 21. et cuius DST. cuius ABIV. — adstat DS.; astat T. et vulgo; adstant A; astant I. — 22. servatio] observatio BV. — verum] firmum ABIV. — 23. cuius disposicio fortis et iussio terribilis ABIV. — verba graeca allata sunt in Constitutt. apost. 8, 7.; versio latina haec est: cuius aspectus arefacit (arefecit DST.) abyssos et indignatio tabescere facit (fecit T.) montes et veritas testificatur — 24. addunt in fine vs. ABIV. intende (in B.) verba mea — 25. respondeam AISV. — 26. ne DIT.; vulgo nec — aspicias AISV.; respicias BDT. ut vulgo — serviunt (servierunt V.) in veritate ABISV.; in ver. serviunt DT. ut vulgo — 27. neque ABIV. — intendas V. ut vulgo — impia gentium STV. ut vulgo — testimonia] testamenta I. — 28. nec S. ut vulgo — 29. eos] super eos ABIV. — 30. diligas ABDISV.; diligas eos T. ut vulgo — 31. moribus codd.; vulgo morbis — egimus ABIS.; egemus DT.; regimur V.; vulgo languemus. Hilgenfeld: mortalibus moribus degimus — autem] enim T. — vocaberis] vocatus es ABIV. — 32. nobis enim] nobis autem V. ut vulgo; nobis I. — 33. iusti DST.; iusti enim AI. ut vulgo; iustis autem B —. operae multae repositae DST. — apud te ABDISV.; vulgo om. ut etiam in T. — percipient BV.; percipiunt AI. —

est enim homo, ut ei indigneris, aut genus corruptibile, ut ita amariceris de ipso? [35]in veritate enim nemo de genitis est, qui non impie gessit, et de confitentibus, qui non deliquit. [36]in hoc enim annuntiabitur iustitia tua et bonitas tua, Domine, cum misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum.

[37]Et respondit ad me et dixit: recte locutus es aliqua, et iuxta sermones tuos, sic et fiet; [38]quoniam vere non cogitabo super plasma eorum qui peccaverunt aut mortem, aut iudicium, aut perditionem, [39]sed iocundabor super iustorum figmentum, et memorabor peregrinationis quoque et salvationis et mercedis receptionis. [40]quomodo ergo locutus sum, sic et est. [41]sicut enim agricola serit super terram semina multa et plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quae seminata sunt salvantur, sed nec omnia quae plantata sunt radicantur, sic et qui in saeculo seminati sunt non omnes salvabuntur.

[42]Et respondi et dixi: si inveni gratiam loquar. [43]quomodo semen agricolae, si non ascenderit, non enim accepit pluviam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluviae, [44]sic perit, et similiter homo, qui manibus tuis plasmatus est et tu ei imago nominatus, quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, et similasti semini agricolae? [45]non irascaris super nos, sed parce populo tuo et miserere haereditati tuae; tu enim creaturae tuae misereris.

[46]Et respondit ad me et dixit: quae sunt praesentia praesentibus, et quae futura futuris; [47]multum enim tibi restat, ut possis diligere meam creaturam super me. tu autem frequenter temetipsum proximasti iniustis, iustis autem nunquam; [48]sed et in hoc mirabilis eris coram Altissimo, [49]quoniam humiliasti te sicut decet te, et non iudicasti te, ut inter

---

34. enim est DT. — amariceris AI., mariceris V.; amaresceris DST.; vulgo amarus sis; exacerberis B. — 35. confidentibus AD.; consistentibus Volkmar — 36. enim om. AIV. — operum bonorum AISV.

38. vere non DS.; vulgo non vere — aut ter praebent DST.; vulgo legitur ante — 39. et memorabor om. DST. — mercedes ST. — 41. radicantur DS.; vulgo radicabunt.

43. quomodo] quoniam DST. — non enim accepit DST.; vulgo aut non acceperit — aut si] et si DS.; sed si T. — 44. sic perit et similiter] hic pater et filius DST. — nominatus es D. — similatus est DST. — ei propter] ei per DT.; per S. — similasti eum DS. — 45. enim S.; vulgo autem.

47. ut edidi S., nisi quod addidi iustis autem, Vlis iniustus autem addidit. vulgo ita legitur: tibi autem frequenter et ipsi proximavi, iniustis autem nunquam — 48. eris DS.; vulgo es; om. T. —

iustos plurimum glorificeris; [50]propter quod miseriae multae et miserabiles efficientur eis qui habitant saeculum in novissimis, quia in multa superbia ambulaverunt. [51]tu autem pro te intellige et de similibus tuis inquire gloriam. [52]vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitae, praeparatum est futurum tempus, praeparata est habundantia, aedificata est civitas, probata est requies, perfecta est bonitas et perfecta sapientia; [53]radix mali signata est a vobis, infirmitas et tinea a vobis absconsa est, in infernum fugit corruptio, in oblivione [54]transierunt dolores et ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. [55]noli ergo adicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt, [56]nam et ipsi accipientes libertatem spreverunt Altissimum, et legem eius contempserunt, et vias eius dereliquerunt; [57]adhuc autem iustos eius conculcaverunt, [58]et dixerunt in corde suo non esse Deum, et quidem scientes quoniam moriuntur. [59]sicut enim vos suscipient quae praedicta sunt, sic eos sitis et cruciatus, quae praeparata sunt; non enim Altissimus voluit hominem disperdi, [60]sed ipsi qui creati sunt coinquinaverunt nomen eius qui fecit eos, et ingrati fuerunt ei qui praeparavit eis vitam: [61]quapropter iudicium meum modo appropinquat. [62]quae non omnibus demonstravi, nisi tibi et tibi similibus paucis.

[63]Et respondi et dixi: ecce nunc, Domine, demonstrasti mihi multitudinem signorum, quae incipies facere in novissimis, sed non demonstrasti mihi quo tempore.

IX. Et respondit ad me et dixit: metiens metire in temetipso, et erit cum videris, quoniam transierit pars quaedam signorum quae praedicta sunt, [2]tunc intelliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet Altissimus visitare saeculum, quod ab eo factum est. [3]et quando videbitur in saeculo motio locorum, populorum

---

50. eis om. DST. — 51. tuis] tui Volkmar — 52. probata] constituta Syr.; substrata Aeth. — et] aut T.; ante DS. — 53. in infernum DST.; vulgo et in infernum — in oblivionem D. — 54. est om. DT. — in finem DS. — 55. adicere DST, vulgo adiicere — 56. et ipsi] et si DT.; etsi S. — 59. eos] eis T. ex corr. — quae om T. — Altissimus DS.; vulgo om. — 60. ipsi S.; vulgo et ipsi — 62. quae] quod DT.

IX. 1. ad me legitur post dixit in DT. — in temetipso DST.; vulgo tempus in semetipso — quoniam DST.; vulgo quando — transivit S. — 3. populorum DST.; vulgo et populorum —

turbatio, gentium cogitationes, ducum inconstantiae, principum turbatio, [4]tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus a diebus qui fuerunt ante te ab initio. [5]sicut enim omne quod factum est in saeculo initium habet pariter et consummationem, et consummatio est manifesta, [6]sic et Altissimi tempora: initia manifesta in prodigiis et virtutibus, et consummatio in actu et in signis. [7]et erit, omnis qui salvus factus fuerit et qui poterit effugere per opera sua vel per fidem, in qua credidit, [8]is relinquetur de praedictis periculis et videbit salutare meum in terra mea et in finibus meis, quoniam sanctificavi mihi a saeculo. [9]et tunc mirabuntur qui nunc abusi sunt vias meas, et in cruciamentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. [10]qui enim non cognoverunt me viventes beneficia consecuti, [11]et qui fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatem, [12]et cum adhuc esset eis apertus poenitentiae locus, non intellexerunt, sed spreverunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. [13]tu ergo noli adhuc curiosus esse quomodo impii cruciabuntur, sed inquire quomodo iusti salvabuntur, et quorum saeculum, et propter quos saeculum, et quando.

[14]Et respondi et dixi: [15]olim locutus sum et nunc dico et postea dicam, quoniam plures sunt qui pereunt, quam qui salvabuntur, [16]sicut multiplicatur fluctus super guttam.

Et respondit ad me et dixit: [17]qualis ager, talia et semina, et quales flores, tales et tincturae, et qualis operator, talis et creatio, et qualis agricola, talis et cultura: quoniam tempus erat saeculi, [18]et tunc cum essem parans eis, his qui nunc sunt, ante-

---

gentium cogit. duc. inconstantiae (inconstancia D.) princ. turbatio (conturbacio D.) DST.; vulgo om. — 5. habet pariter et] per DST. — 6. habent, quod vulgo post initia legitur, om. STD. — consummatio STD.; vulgo consummationes — 7. vel DST.; vulgo et — credidit is correctio est Hilgenfeldii, libri: credidistis — 8. quoniam] quem S.; quae Volkmar — mihi DST.; vulgo me — 9. mirabuntur DST.; vulgo miserebuntur — cruciamentis DS.; vulgo tormentis — eas] eos DST. — 10. qui] quotquot S. — 11. qui] quod S.; quotquot Volkmar — 13. adhuc noli S.

17. operator] creator D. — creatio] operacio D. — et cultura DT.; vulgo cultura; et atria S., hinc et area scribendum iudicant Volkmar et Hilgenfeld cl. Syr. et Aeth. — Syr.: quoniam in tempore fuit saeculi, [18]quando paraveram eis qui nunc sunt, antequam fierent saecula, in quo habitarent, et nemo mihi contradixit, [19]neque enim erat homo; et nunc, quod creati fuerunt super mundo parato et super mensa indeficiente et super lege investigabili, corrupti sunt in operibus suis. — 18. tunc S.; vulgo nunc; sic nunc D. — his om. D. —

quam fieret saeculum, in quo habitarent, et nemo contradixit mihi,
19 tunc enim erat nemo; et nunc creatorum in mundo hoc parato
et mensa indeficienti et lege investigabili, corrupti sunt mores
eorum. 20 et consideravi saeculum meum, et ecce erat periculum
propter cogitationes quae in eo advenerunt. 21 et vidi et peperci
ei valde, et salvavi mihi acinum de botro et plantationem de tribu
multa. 22 pereat ergo multitudo, quae sine causa nata est, et ser-
vetur acinus meus et plantatio mea, quia cum multo labore per-
feci haec. 23 tu autem si adhuc intromittas septem dies alios; sed
non ieiunabis in eis, 24 ibis in campum florum, ubi domus non est
aedificata, et manduces solummodo de floribus campi, et carnem
non gustabis, et vinum non bibes, sed solummodo flores: 25 depre-
care Altissimum sine intermissione, et veniam et loquar tecum.

Visio quarta.

26 Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum qui vocatur
Arphad, et sedi ibi in floribus, et de herbis agri manducavi, et
facta est esca earum mihi in saturitatem. 27 et factum est post
dies septem, et ego discumbebam supra foenum, et cor meum
iterum turbabatur sicut et ante. 28 et apertum est os meum, et
inchoavi dicere coram Altissimo et dixi:

29 O Domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris
in deserto, quando erant exientes de Aegypto, et quando venie-
bant in deserto quod non calcatur et infructuoso, et dicens dixisti:

---

fieret illis S. — inhabitarent S. — contradixit mihi DST.; vulgo mihi contradixit — 19. erat DS.; vulgo om. — pro nemo in codd. nescio quo errore legitur quisque. scriptor dixit, uti dudum intellectum est, tum homines nondum fuisse. — graece legebatur κτισθέντων, scribe igitur aut cum Volkmaro et Hilgenfeldo creatorum, aut creatis; vulgo legitur creator; creatur TD.; creat S. — mensa scripsi cum Hilgenfeldo cl. Syr. et Aeth.; mense DT.; vulgo messe — moribus S. — 20. meum S. Syr., vulgo om. — Syr.: et ecce perditum, et orbem terrarum meum, et ecce fuit in periculo propter conversationes habitatorum eius. — 21. ei] eis DS. — salvavi DS.; vulgo servavi — butru S. — tribu φυλῆς. Syr. Aeth.: plantam (+ unam Aeth.) de silva (ὕλης) multa — 22. haec SDT.; vulgo om. — 24. ibis autem S. — manduces DST.; vulgo manducabis. — solummodum S., ut aliis etiam l. 26. Arphad Syr. Aeth.; S. a pr. m. Adar, ex em. Ardat; Ardach T.; Ardoch D.; vulgo Ardath; Araat Ar.; Ardab Arm. — 27. sicut et ST.; vulgo sicut.

29. te nobis] in nobis DST. — ut edidi S. et TD., nisi quod in his verba et quando veniebant in deserto desunt. exientes] exigentes T.; exeuntes D. vulgo ita legebatur: nostris in deserto quod non calcatur et infructuoso, quando erant exeuntes de Aegypto —

30tu Israël audi me et semen Iacob intende sermonibus meis. 31ecce enim ego semino in vobis legem meam, et faciet in vobis fructum, et glorificabimini in eo per saeculum. 32nam patres nostri accipientes legem non servaverunt, et legitima tua non custodierunt, et factus est fructus legis non periens; nec enim poterat, quoniam tuus erat. 33nam qui acceperunt perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat. 34et ecce, consuetudo est ut, cum acceperit terra semen, vel navem mare, vel vas aliud escam vel potum, et cum fuerit ut exterminetur quod seminatum est, vel quod missum est, 35vel quae suscepta sunt exterminentur, haec susceptoria vero manent; apud nos enim non sic factum est. 36nos quidem qui legem accepimus peccantes peribimus, et cor nostrum quoniam suscepit eam; 37nam lex non periit, sed permansit in suo honore.

38Et cum loquerer haec in corde meo, respexi oculis meis et vidi mulierem in dextera parte, et ecce haec lugebat et plorabat cum voce magna, et animo dolebat valde, et vestimenta eius discissa, et cinis super caput eius. 39et demisi cogitatus, in quibus eram cogitans, et conversus sum ad eam et dixi ei: 40ut quid fles? et quid doles animo? et dixit ad me: 41dimitte me, Dominus meus, ut defleam me et adiciam dolorem, quoniam valde amaro sum animo et humiliata sum valde. 42et dixi ei: quid passa es? dic mihi. et dixit ad me: 43sterilis fui ego famula tua et non peperi, habens maritum annis triginta. 44ego enim per singulas horas et per singulos dies in annos hos triginta deprecabar Altissimum nocte ac die. 45et factum est, post triginta

---

32. tua Vlisii est correctio, codd. mea — periens DST., vulgo parens — tuus] tua Syr. — 34. aliud DST.; vulgo aliquod — et cum S.; vulgo cum — ut exterminetur quod DST.; vulgo exterminatum id in quo — vel om. DS. — quod DST.; vulgo in quod — est post missum om. T. — 35. vel que (quod S.) suscepta sunt exterminentur (exterminetur S.) DST.; vulgo simul id quod seminatum vel missum est vel quae suscepta exterminantur — haec SDT.; vulgo et — susceptoria vero ST.; susceptoria non D.; vulgo suscepta iam non — manent om. T. — scripsi apud nos enim cum Hilgenfeldo; apud nos si enim S.; vulgo apud nos sed nobis — non sic DST.; vulgo sic non — 36. peribimus DST.; vulgo perivimus — quoniam DT.; vulgo quod — 37. perit DS. — honore Ar.; gloria Syr. Arm.; codd. labore; robore Volkmar; valore Hilgenfeld.

38. et respexi S. a pr. m. — 41. dominus DST.; vulgo domine — fleam T. — adiciam DT.; vulgo adiiciam — amara ST. — 44. in DST.; vulgo et — ·XXX· hos DT. — scripsi deprecabar cum Volkmaro; deprecarer S.; vulgo deprecor — die ac nocte D. —

annos exaudivit me Deus ancillam tuam, et praevidit humilitatem meam, et attendit tribulationi meae, et dedit mihi filium. et iocundata sum super eum valde ego et vir meus et omnes cives mei, et honorificabamus valde Fortem. [46]et nutrivi eum cum labore multo; [47]et factum est, cum crevisset et venisset accipere uxorem, feci diem epuli. **X.** et factum est, cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit et mortuus est. [2]et evertimus omnes lumina, et surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me, et quievi usque in alium diem usque nocte. [3]et factum est, cum omnes quievissent ut me consolarentur ut quiescerem, et surrexi nocte et fugi, et veni sicut vides in hoc campo. [4]et cogito iam non reverti in civitatem, sed hic consistere, et neque manducabo neque bibam, sed sine intermissione lugere et ieiunare usque dum moriar.

[5]Et dereliqui sermones in quibus eram, et respondi cum iracundia ad eam et dixi: [6]stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum et quae nobis contigerunt? [7]quoniam Sion mater nostra omnium in tristitia contristatur, et humilitate humiliata est, et luget validissime. [8]et nunc omnes lugemus et tristes sumus, quoniam omnes contristati sumus, tu autem contristaris in uno filio? [9]interroga enim terram et dicet tibi, quoniam haec est quae debeat lugere casum tantorum super eam germinantium. [10]et ex ipsa ab initio omnes nati et alii venient, et ecce, pene omnes in perditionem ambulant et in exterminium fit multitudo eorum. [11]et quis ergo debet lugere magis, nisi haec quae tam magnam multitudinem perdidit, quam tu, quae pro uno doles? si autem dices mihi: [12]quoniam non est similis planctus meus terrae, quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum moeroribus peperi et cum doloribus genui, [13]terra autem secundum viam terrae, abiitque in ea multitudo praesens, quo modo venit; et ego tibi dico:

---

45. praevidit DST.; vulgo vidit — iocundata DT.; vulgo iucundata — 47. et feci S. — **X.** 2. consolandam S. — me om. S. — usque noctem D. — 4. in civitate S. — manducabo DST.; vulgo manducare — bibam DST.; vulgo bibere.

5. post dereliqui addit S. adhuc, D. autem — sermones] cogitationes Syr. Ar. — 6. contigerunt DS. Ambr.; vulgo contingunt — 7. omnium DS.; vulgo omni — in tristitia DST.; vulgo tristitia — et luget] et lugete T.; lugete et D.; lugete S. — 8. quoniam, quod post nunc in codd. legitur, delevi — tristes sumus] tristes estis DST. — 9. debebat D. — in exterminium DST.; vulgo in om. — 11. et quis] ecquis Hilgenfeld — dices DS.; vulgo dicis — 12. similis pl. meus (meus pl. D.) STD.; vulgo pl. meus sim. — 13. abiit quae S.; abiit que DT. — venit scripsi cum Fabricio et Volkmaro, libri evenit —

14sicut tu cum labore peperisti, sic et terra dedit fructum suum hominem ab initio ei qui fecit eam. 15nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum et fortiter fer qui tibi contigerunt casus. 16si enim iustificaveris terminum Dei, et filium tuum recipies in tempore, et in mulieribus collaudaberis; 17ingredere ergo in civitatem ad virum tuum. et dixit ad me: 18non faciam neque ingrediar civitatem, sed hic moriar. 19et apposui adhuc loqui ad eam et dixi: 20noli facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti. quid enim casus Sion? et consolare propter dolorem Ierusalem. 21vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, et altare nostrum demolitum est, et templum nostrum destructum est, 22et psalterium nostrum humiliatum est, et hymnus noster conticuit, et exsultatio nostra dissoluta est, et lumen candelabri nostri extinctum est, et arca testamenti nostri direpta est, et sancta nostra contaminata sunt, et nomen quod nominatum est super nos pene profanatum est, et liberi nostri contumeliam passi sunt, et sacerdotes nostri succensi sunt, et Levitae nostri in captivitatem abierunt, et virgines nostrae coinquinatae sunt, et mulieres nostrae vim passae sunt, et iusti nostri rapti sunt, et parvuli nostri perditi sunt, et iuvenes nostri servierunt, et fortes nostri invalidi facti sunt, 23et quod omnium maius, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua, nunc et tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. 24tu ergo excute tuam tristitiam multam, et depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur Fortis, et requiem faciet tibi Altissimus, requietionem laborum.

25Et factum est, cum loquebar ad eam, et ecce facies eius fulgebat valde subito, et specie coruscus fiebat visus eius, ut etiam paverem valde ad eam et cogitarem quid esset hoc. 26et ecce,

---

14. labore] dolore DS. — dedit DST.; vulgo dat — hominem DST.; vulgo homini — 16. filium DS.; vulgo consilium — tuum DST.; vulgo suum — mulieribus DST.; vulgo talibus — 20. persuadere S.; persuaderi Ambros. — quid DS.; qui T. Ambros. — et consolare DT.; vulgo et om. — 22. hymnus noster DS.; vulgo noster om. — nominatum DST. Ambros.; vulgo invocatum — captivitate S. — 23. signaculum, σφραγίς — nunc DST.; vulgo nam — 24. multam tristiciam S. Ambros. — requietione Ambros.

25. et ecce DS.; et T.; vulgo om. — fulgebat valde DS.; vulgo valde om. — scripsi specie, libri: species. Syr.: et sicut similitudo fulguris facta est species vultus eius; Aeth. et sicut species fulguris fiebat eius adspectus — etiam paverem DST.; vulgo essem pavens —

subito emisit sonum vocis magnum timore plenum, ut commoveretur terra a mulieris sono; et vidi, [27]et ecce, amplius mulier non comparebat mihi, sed civitas aedificabatur et locus demonstrabatur de fundamentis magnis. et timui et clamavi voce magna et dixi: [28]ubi est Uriel angelus, qui a principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudinem in excessu mentis huius, et factus est finis meus in corruptionem, et oratio mea in improperium.

[29]Et cum essem loquens ego haec, et ecce venit ad me angelus qui in principio venerat ad me. et vidit me, [30]et ecce eram positus ut mortuus, et intellectus meus alienatus erat. et tenuit dexteram meam, et confortavit me et statuit me super pedes meos, et dixit mihi: [31]quid tibi est? et quare conturbaris? et quid conturbatus est intellectus tuus et sensus cordis tui? et dixi: [32]quoniam derelinquens dereliquisti me, et ego quidem feci secundum sermones tuos et exivi in campum, et ecce vidi et video quod non possum enarrare. et dixit ad me: [33]sta ut vir et commonebo te. et dixi: [34]loquere, Domine meus, tantum me noli derelinquere, ut non frustra moriar, [35]quoniam vidi quae non sciebam, et audio quae non scio; [36]aut nunquid sensus meus fallitur et anima mea somniat? [37]nunc ergo deprecor te, ut demonstres servo tuo de excessu hoc. et respondit ad me et dixit: [38]audi me et doceam te, et dicam tibi de quibus times, quoniam Altissimus revelavit tibi mysteria multa. [39]vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo et valde lugebas propter Sion. [40]hic ergo intellectus visionis: mulier quae tibi apparuit ante paululum, [41]quam vidisti lugentem et inchoasti consolari eam; [42]nunc autem iam non speciem mulieris vides, sed

---

26. sonum DST.; vulgo sonitum — cum timore DT. — mulieris legitur post sono in D., deest in S. — 28. multitudinem DST.; vulgo multitudine. — 28. hurihel S.

29. et ecce DST.; vulgo ecce — angelus qui in pr. venerat ad me DST.; vulgo om. — 31. et quare conturbaris DST.; vulgo om. — conturbatum est intellectum tuum S. — vulgo post tui additur et quare conturbaris, quod abest a DST. — 32. derelinquens DST.; vulgo om. — et ego] ego DT. — 34. dominus D. — tantum me noli DST.; vulgo tu in me noli me — 38. et dicam] dicam DT. — revelabit DST. — 40. visionis quam vidisti D. — mulier DST.; vulgo om. — 41. et inchoasti DST.; vulgo et om. — 42. iam non DST.; vulgo non ante vides legitur —

apparuit tibi civitas aedificari; [43]et quoniam enarrabat tibi de casu filii sui, haec absolutio est: [44]haec mulier quam vidisti, haec est Sion, quam nunc conspicis ut civitatem aedificatam; [45]et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis, propter quod erant anni saeculo MMM, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. [46]et factum est post annos MMM, aedificavit Salomon civitatem et obtulit oblationes; tunc fuit quando peperit sterilis filium. [47]et quod tibi dixit, quoniam nutrivit eum cum labore, haec erat habitatio in Ierusalem. [48]et quoniam dixit tibi, quod filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset et contigisset ei casus, haec erat quae facta est ruina Ierusalem. [49]et ecce vidisti similitudinem eius, quomodo filium lugeret et tu inchoasti consolari eam. et de his quae contigerunt haec erant tibi aperienda. [50]et nunc vidit Altissimus, quoniam ex animo contristatus es, et quoniam ex toto corde pateris pro ea, et ostendit tibi claritatem gloriae eius et pulchritudinem decoris eius. [51]propterea enim dixi tibi, ut maneres in campo ubi domus non est aedificata, [52]sciebam enim ego, quoniam Altissimus incipiebat tibi ostendere haec; [53]propterea dixi tibi ut venires in agrum ubi non est fundamentum aedificii: [54]nec enim poterat opus aedificii hominis sustinere in loco ubi incipiebat Altissimi civitas ostendi. [55]tu ergo noli timere, neque expavescat cor tuum, sed ingredere et vide splendorem et magnitudinem aedificii, quantum capax est tibi visu oculorum videre, [56]et post haec audies quantum capit auditus aurium tuarum audire; [57]tu enim beatus es prae multis, et vocatus es apud Altissimum sicut et pauci. [58]nocte autem quae in crastinum futura est manebis hic, [59]et ostendet tibi Altissimus eas visiones somniorum, quae faciet Altissimus his qui habitant super terram a novissimis diebus.

---

43. solutio T. — 44. verba et quoniam dixit tibi, quae vulgo post Sion leguntur, delenda esse dudum intellectum. — nunc DST.; vulgo et nunc — conspicis D.; aspicis T.; vulgo conspicies — 45. saeculo S.; vulgo scilicet — MMM, cf. Syr. Aeth. Ar.; III S., tres DT.; vulgo triginta — 46. III S.; tres DT.; vulgo triginta — 47. haec SDT.; vulgo hoc — in om. DT. — 48. haec SDT.; vulgo hoc — 49. quomodo DS.; quoniam T.; vulgo et quoniam — et tu DS.; et T.; vulgo om. — et ante de his om. ST. — 50. scripsi vidit; quoniam vidit Volkmar; videns Hilgenfeld; libri: videt — ante ostendit addidi et cum Vlisio, a libris abest. — 54. sustinere DT.; vulgo sustineri — incipiebat DST.; vulgo incipiebatur — 55. et magnitudinem] vel magn. ST. — visu DST.; vulgo visus — 59. somniorum D., sompniorum T., summorum S.; vulgo supremorum — a] in Syr. Ar. Arm.; Aeth. in quoque tempore constituto his.

Visio quinta.

60 Et dormivi illam noctem et aliam, sicut dixerat mihi.
XI. et vidi somnium, et ecce ascendebat de mari aquila, cui
erant duodecim alae pennarum et capita tria. 2 et vidi, et ecce
expandebat alas suas in omnem terram, et omnes venti coeli in-
sufflabant eam, et nubes ad eam colligebantur. 3 et vidi, et de
pennis eius nascebantur contrariae pennae, et ipsae fiebant in pen-
naculis minutis et modicis. 4 nam capita eius erant quiescentia, et
dimidium caput erat maius aliorum capitum, sed et ipsa quiescebat
cum eis. 5 et vidi, et ecce aquila volavit in pennis suis, et regna-
vit super terram et super eos qui habitant in ea. 6 et vidi, quo-
modo subiecta erant ei omnia sub coelo, et nemo illi contradice-
bat, neque unus de creatura quae est super terram. 7 et vidi, et
ecce surrexit aquila super ungues suos, et misit vocem pennis suis
dicens: 8 nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco
suo et per tempus vigilate, 9 capita autem in novissimo serventur.
10 et vidi, et ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de me-
dietate corporis eius. 11 et numeravi contrarias pennas eius, et
ecce ipsae erant octo. 12 et vidi, et ecce a dextera parte surrexit
una penna, et regnavit super omnem terram. 13 et factum est
cum regnaret, venit ei finis, et non apparuit, ita ut non appareret
locus eius. et sequens exsurrexit et regnabat, et ipsa multum tenuit
tempus. 14 et factum est cum regnaret, et veniebat finis eius, ut
non appareret sicut prior. 15 et ecce, vox emissa est illi dicens:
16 audi tu, quae tanto tempore tenuisti terram, haec annuntio tibi
antequam incipias non apparere: 17 nemo post te tenebit tempus
tuum, sed nec dimidium eius. 18 et levavit se tertia et tenuit
principatum sicut et priores, et non apparuit et ipsa. 19 et sic

---

XI. 2. eam DT.; ad eam S.; vulgo in eam — verba nubes ad eam ex Syro addidi, cf. Aeth. et Ar., a textu latino vulgo absunt. — 4. dimidium] medium Syr. Aeth. Ar. Arm. — sed et DST.; vulgo sed — ipsa, αὐτὴ, nimirum ἡ κεφαλή — 6. quomodo DST.; vulgo quoniam — 8. et dormite T. — unusquisque] unaquaeque D. — vigilate per tempus T. — 9. ad novissimum Syr. — 10. exiebat DS. — 13. ei finis] eius finis D. — apparuit ei T. — ita ut non appareret S., vulgo om. — et ipsa DST.; vulgo ipsa — 16. quae] qui T. — haec] hoc S. — 18. elevavit D. —

contingebat omnibus alis singulatim principatum gerere et iterum nusquam comparere. [20]et vidi, et ecce in tempore sequentes pennae erigebantur et ipsae a dextera parte, ut tenerent et ipsae principatum; et ex his erant quae tenebant, sed tamen statim non comparescebant: [21]nam et aliquae ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. [22]et vidi post haec, et ecce non comparuerunt duodecim pennae et duo pennacula, [23]et nihil superavit in corpore aquilae, nisi tria capita quiescentia et sex pennacula. [24]et vidi, et ecce de sex pennaculis divisae sunt duae, et manserunt sub capite quod est ad dexteram partem; nam quatuor manserunt in loco suo. [25]et vidi, et ecce hae subalares cogitabant se erigere et tenere principatus. [26]et vidi, et ecce una erecta est, sed statim non comparuit; [27]et secunda velocius quam prior non comparuit. [28]et vidi, et ecce duae quae superaverunt apud semetipsas cogitabant et ipsae regnare; [29]et in eo cum cogitarent, ecce unum quiescentium capitum quod erat medium evigilabat, hoc enim erat duorum capitum maius. [30]et vidi quomodo complexa est duo capita secum, [31]et ecce conversum est caput cum his qui cum eo erant, et comedit duas subalares quae cogitabant regnare. [32]hoc autem caput perconterruit omnem terram, et dominabatur in ea his qui inhabitant terram cum labore multo, et potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quae fuerunt. [33]et vidi post haec, et ecce medium caput subito non comparuit, et hoc sicut alae; [34]superaverunt autem duo capita, quae et ipsa similiter regnaverunt super terram et super eos qui habitant in ea. [35]et vidi, et ecce devoravit caput a dextera parte illud quod a laeva.

---

19. alis T.; auis S.; vulgo aliis — 20. erigebantur et ipse DST.; vulgo erigebantur — qui tenebant ST. — comparescebant DS.; compatescebant T.; vulgo comparebant — 22. et ecce post hec T. — 23. superavit DST.; vulgo supererat — tria DS. Syr. Aeth. Ar. Arm.; vulgo duo, et ita etiam T. — 24. de sex S.; vulgo sex — pennacule T. — manserunt sub] iverunt et steterunt sub Syr., discesserunt et iverunt et manserunt sub Aeth., cf. Arm. Ar. — 25. hae SD.; T. habet hee post subalares; vulgo hae om. — 27. secunda Syr. Aeth. Ar.; codd. lat. secundae — prior Syr. Aeth. Ar.; codd. lat. priores — scripsi comparuit, cf. praecedentia verba; apparuit S.; vulgo comparuerunt — 29. et ecce T. — erat enim T. — 30. quomodo DS.; vulgo quoniam — complexa DST.; vulgo completa — est S.; vulgo sunt — 31. cum ea S. — 32. dominabitur T.; dominabit S. — inhabitant DS.; vulgo habitant — in ea legitur in S. post terram.

36 Et audivi vocem dicentem mihi: conspice contra te et considera quod vides. 37 et vidi, et ecce sicut leo concitatus de silva rugiens, et vidi quomodo emittebat vocem hominis ad aquilam, et dixit dicens: 38 audi tu et loquar ad te, et dicet Altissimus tibi: 39 nonne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quae feceram regnare in saeculo meo, et ut per eos veniret finis temporum eorum? 40 et quartus veniens devicit omnia animalia quae transierunt, et potentatu tenuit saeculum cum tremore multo et omnem orbem cum labore pessimo, et inhabitabant tot temporibus orbem terrarum cum dolo. 41 et iudicasti terram non cum veritate; 42 tribulasti enim mansuetos, et laesisti quiescentes, et odisti rectos, et dilexisti mendaces, et destruxisti habitationes eorum qui fructificabant, et humiliasti muros eorum qui te non nocuerunt. 43 et ascendit contumelia tua ad Altissimum, et superbia tua ad Fortem. 44 et respexit Altissimus sua tempora, et ecce finita sunt, et saecula eius completa sunt. 45 propterea non apparens non appareas tu aquila, et alae tuae horribiles, et pennacula tua pessima, et capita tua maligna, et ungues tui pessimi, et omne corpus tuum vanum, 46 uti refrigeretur omnis terra, et revertatur liberata de tua vi, et speret iudicium et misericordiam eius qui fecit eam. **XII.** et factum est, dum loqueretur leo verba haec ad aquilam, et vidi, 2 et ecce quod superaverat caput non comparuit, et alae duae, quae ad eum transierunt, erectae sunt ut regnarent, et erat regnum eorum exile et tumultu plenum. 3 et

---

37. concitatus] suscitatus DS. — mugiens S. — quomodo DST.; vulgo quoniam — 40. tenuit] tenens DST. Hilgenfeld — inhabitabant DT.; inhabitant S.; inhabitans Hilgenfeld; vulgo inhabitavit — 42. post quiescentes interpretem latinum membrum omisisse cum parallelismus membrorum doceat, tum reliquae versiones documento sunt, neque fugit Volkmarum et Hilgenfeldium. recepi et odisti rectos ex Syr., pro rectos praebet Aeth. aequos, Ar. eos qui ambulant in iustitia, Arm. verum — habitacionem D.; munitiones Syr.; propugnacula Aeth.; arces Ar.; munimentum Arm. — fructificabant] abundabant Syr.; iustorum Aeth.; perfectorum Ar.; opulentium Arm. — 43. ad Alt. DST.; vulgo usque ad Alt. — 44. sua scripsi cum Hilgenfeldio ducibus Syr. Ar. Arm. (Aeth. homines suos); vulgo legitur superba; superiora legi voluit Vlis, superna Volkmar — saecula S.; vulgo scelera — 45. non apparens DS.; vulgo om. — non ante appareas om. D. — 46. revertatur] allevetur Syr. Ar.; recreetur Aeth. — XII. 1. dum] cum D. — 2. quid scriptor sibi voluerit ex contextu et reliquis versionibus intelligitur. scripsi uti iam Vlis scribi suasit. vulgo ita legitur: quod superaverat caput et non comparuerunt quatuor alae illae quae (pro illae quae D. due que, S. duaeque, T. dueque) ad eum transierunt et erectae; Volkmar: non comparuerunt quod superaverat caput et IIII alae: II^{ae} que ad eum [id] transierunt et erectae —

vidi, et ecce ipsa non apparebant, et omne corpus aquilae incendebatur, et expavescebat terra valde.

Et ego a tumultu et excessu mentis et a magno timore vigilavi et dixi spiritui meo: [4]ecce tu praestitisti mihi haec in eo quod scrutaris vias Altissimi; [5]ecce adhuc fatigatus sum animo, et spiritu meo invalidus sum valde, et nec modica est in me virtus a multo timore, quem expavi nocte hac: [6]nunc ergo orabo Altissimum, ut me confortet usque in finem. [7]et dixi: Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, et si iustificatus sum apud te prae multis, et si certe ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, [8]conforta me, et ostende servo tuo mihi interpretationem et distinctionem visus horribilis huius, ut plenissime consoleris animam meam; [9]dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum finem et temporum novissima.

Et dixit ad me: [10]haec est interpretatio visionis huius. [11]aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visu Danieli fratri tuo; [12]sed non est illi interpretatum, quomodo ego nunc tibi interpretor. [13]ecce dies veniunt, et exsurget regnum super terram, et erit timoratior omnium regnorum quae fuerunt ante eum. [14]regnabunt autem in ea reges duodecim, unus post unum; [15]nam secundus incipiet regnare et ipse tenebit amplius tempus prae duodecim. [16]haec est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. [17]et quoniam audisti vocem quae locuta est, non de capitibus eius exeuntem, sed de medio corpore eius, [18]haec est interpretatio, quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicae, et periclitabitur ut cadat, et non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. [19]et quoniam vidisti subalares octo cohaerentes alis eius, [20]haec est interpretatio: exsurgent enim in ipso octo reges, quorum erunt tempora levia et anni citati, et duo quidem ex ipsis perient

---

3. ipsa] et ipsae Volkmar — apparescebant S.
vigilavi] evigilavi Aeth. Ar. — 4. haec SDT.; vulgo hoc — 7. apud] ante T. — certe] certa T.; certum S.; certum est quod D. — 8. mihi servo tuo Syr. — consoleris] consulas ST. — 9. finem et temporum DST.; vulgo om.
11. in visu ST.; vulgo in visione; om. D. — Danielis fratris tui T. — 12. quomodo DS.; vulgo quoniam — 13. timoratior Volkmari est emendatio, codd. timor acrior — 17. quoniam T.; vulgo quam — locutus ST. — exientem S. — corpore DS.; vulgo corporis; om. T. — 18. initium, ἀρχή. Syr. in suum principatum pristinum, ita etiam Ar. et Arm. — 20. enim DS. Syr.; vulgo om. —

21 appropinquante tempore medio, quatuor autem servabuntur in
tempore, cum incipiet appropinquare tempus eius ut finiatur, duo
vero in finem servabuntur. 22 et quoniam vidisti tria capita
quiescentia, 23 haec est interpretatio: in novissimis eius suscitabit
Altissimus tria regna, et renovabunt in ea multa, et dominabuntur
terram 24 et qui habitant in ea cum labore multo super omnes
qui fuerunt ante hos: propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilae;
25 isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius et qui per-
ficient novissima eius. 26 et quoniam vidisti caput maius non
apparens: quoniam unus ex eis super lectum suum morietur, et
tamen cum tormentis. 27 nam duo qui perseveraverint, gladius eos
comedet; 28 unius enim gladius comedet qui cum eo, sed tamen et
hic gladio in novissimis cadet. 29 et quoniam vidisti duas subalares
traicientes super caput quod est in dextera parte, 30 haec est in-
terpretatio: hi sunt quos conservavit Altissimus in finem suum,
hoc est regnum exile et turbationis plenum, 31 sicut vidisti. et
leonem quem vidisti de silva evigilantem et rugientem, et loquen-
tem ad aquilam et arguentem eam et iniustitias ipsius per omnes
sermones eius, sicut audisti: 32 hic est Unctus quem reservavit
Altissimus in finem ad eos, et secundum impietates ipsorum arguet
illos et incutiet coram ipsis spretiones eorum; 33 statuet enim eos
in iudicium vivos, et erit cum arguerit eos, tunc corripiet eos.
34 nam residuum populum meum liberabit cum misericordia, qui
salvati sunt super fines meos, et iocundabit eos quoadusque
veniat finis, dies iudicii, de quo locutus sum tibi ab initio. 35 hoc
somnium quod vidisti et hae interpretationes. 36 tu ergo solus dignus

---

21. vocem autem, quae in libris post appropinquante legitur, delen-
dam et post quatuor collocandam esse iam Vlies monuit, cf. etiam Syr.
Aeth. Ar. Arm. — quattuor autem S.; vulgo autem om. — duo] duae
ST. — 23. tria regna] tres reges Syr. Aeth. Ar. Arm. — renovabunt Syr.,
et similiter Aeth. Ar. Arm.; renovabit D.; vulgo revocabit — dominabunt
S.; devorabunt D. — 26. delevi cum Hilgenfeldio verba: haec est inter-
pretatio eius, quae vulgo post apparens leguntur, absunt a DST. Syr. Aeth.
Ar. Arm. — 27. perseveraverunt DS. — 28. et hic DST.; vulgo hic —
31. mugientem S., cf. 11, 37. — 32. unctus quem reservavit DST.; vulgo
ventus quem servavit — in finem dierum qui orietur ex semine David Syr.,
ita etiam Aeth. Ar. Arm. — secundum D.; vulgo om. — ipsorum] illorum
D. — arguet DST.; vulgo et arguet — incutiet] infulcit S. — ipsis] eis
D. — spretiones SDT.; vulgo discerptiones — 33. in iudicium DST.;
vulgo in iudicio — corripiet] corrumpit S., corrumpet Hilgenfeld; perdet
Syr. Aeth. Arm. — 34. misericordia DST.; vulgo miseria — veniat DST.;
vulgo veniet —

fuisti scire Altissimi secretum hoc. [37]scribe ergo omnia ista in libro quae vidisti, et pone ea in loco abscondito, [38]et docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere et servare secreta haec. [39]tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, ut tibi ostendatur quidquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi. [40]et profectus est a me.

Et factum est, cum audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies et ego non fuissem reversus in civitatem, et congregavit se omnis a minimo usque ad maximum, et venit ad me, et dixerunt mihi dicentes: [41]quid peccavimus tibi et quid iniuste egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc? [42]tu enim nobis superasti ex omnibus prophetis, sicut botrus de vindemia, et sicut lucerna in loco obscuro, et sicut portus et navis salvata a tempestate. [43]aut non sufficiunt nobis mala quae contigerunt? [44]si ergo tu nos dereliqueris, quanto erat nobis melius si essemus succensi et nos in incendio Sion; [45]nec enim nos meliores sumus eorum qui ibi mortui sunt. et ploraverunt voce magna.

Et respondi ad eos et dixi: [46]confide, Israël, et noli tristari, tu domus Iacob; [47]est enim memoria vestri coram Altissimo, et Fortis non est oblitus vestri in tentatione. [48]ego enim non dereliqui vos, neque excessi a vobis, sed veni in hunc locum ut deprecarer pro desolatione Sion, et ut quaererem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestrae. [49]et nunc ite unusquisque vestrum in domum suam, et ego veniam ad vos post dies istos. [50]et profectus est populus, sicut dixi ei, in civitatem; [51]ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandavit, et manducavi de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

---

37. pone] pones S. — 38. scis corda S. — 39. septem dies D. 40. pertransissent D. — 42. superasti DST.; vulgo superes solus — prophetis DS.; vulgo populis — vindemia S. Syr. Ar. Arm.; vulgo vinea, ut etiam DT. — et navis salvata] est navi salvatae Vlies, quem Volkmar et Hilgenfeld secuti sunt. Syr.: sicut portus salvationis navi, quando constituta est in tempestate; Aeth.: sicut portus, qui navi ex abysso; Ar.: sicut portus securitatis navi agitatae in profundo — 43. contigerunt DST.; vulgo contingunt — 44. erat nobis DST.; vulgo nobis erat — in incendio DT.; incendio S.; vulgo cum incendio — 45. meliores sumus DST.; vulgo sumus meliores.

47. temptatione T.; contentione S. — 48. et ut DT.; vulgo ut — 51. manducavi ST.; vulgo manducabam — solummodo de floribus D. — mihi om. DT.

Visio sexta.

XIII. Et factum est post dies septem, et somniavi somnium nocte, [2]et ecce de mari ventus exsurgebat, ut conturbaret omnes fluctus eius. [3]et vidi, et ecce convolabat ille homo cum nubibus coeli; et ubi vultum suum convertebat ut considcraret, tremebant omnia quae sub eo videbantur, [4]et ubicunque exibat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebant voces eius, sicut liquescit cera quando senserit ignem. [5]et vidi post haec, et ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de quatuor ventis coeli, ut debellarent hominem qui ascenderat de mari. [6]et vidi, et ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, et volavit super eum; [7]ego autem quaesivi videre regionem vel locum unde sculptus esset mons, et non potui. [8]et post haec vidi, et ecce omnes qui congregati sunt ad eum ut expugnarent eum, timebant valde, tamen audebant pugnare. [9]et ecce, ut vidit impetum multitudinis venientis, non levavit manum suam, neque frameam tenebat, neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodo vidi, [10]quomodo emisit de ore suo sicut flatum ignis, et de labiis ejus spiritus flammae, et de lingua eius emittebat scintillas et tempestates, et commixta sunt simul omnia, hic flatus ignis, et spiritus flammae, et multitudo tempestatis; [11]et concidit super multitudinem in impetu, quae parata erat pugnare, et succendit omnes, ut subito nihil videretur de innumerabili multitudine nisi solummodo pulvis cineris et fumi odor: et vidi et exstiti. [12]et post haec vidi ipsum hominem descendentem de monte, et vocantem ad se multitudinem aliam

---

XIII. 3. convolabat Vlisii est emendatio, cf. Syr. Aeth. Ar. Arm.; codd. convalescebat — nubibus DS.; vulgo millibus — convertebat DST.; vulgo vertebat — 4. exiebat S. — liquescit cera cod. Fabricii, cf. Syr. Aeth. Ar. Arm.; vulgo quiescit terra, uti etiam DST. — 6. sculpsit S. — 7. vel] et D. — 8. et tamen audebant D. — 9. solummodo vidi S.; vulgo sol. ut vidi — 10. quomodo DST.; vulgo quoniam — flatum] fluctus Syr. Aeth.; fluctum Hilgenfeld — scintillas et tempestates] scintillas tempestatis Ar. Hilgenfeld; carbones procellae Syr. — commixta DST.; vulgo commista — simul omnia DST.; vulgo omnia simul — hic] haec S.; hoc est D. — flatus] fluctus S. — 11. in impetum DST. — quae parata DT.; quod paratum S.; vulgo quae praeparata — cineris S. Syr. Aeth. Arm.; cinis D.; vulgo om. — exstiti SDT. (ἐξέστην); vulgo extimui; Syr. obstupui — 12. vocantem] advocatem (lege advocantem) S. —

pacificam; [13]et accedebant ad eum vultus hominum multorum, quorumdam gaudentium, quorumdam tristantium, aliqui vero alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur.

Et ego a multitudine pavoris expergefactus sum et deprecatus sum Altissimum et dixi: [14]tu ab initio demonstrasti servo tuo mirabilia haec, et dignum me habuisti ut susciperes deprecationem meam; [15]et nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii huius. [16]sicut enim existimo in sensu meo, vae qui derelicti fuerunt in diebus illis, et multo plus vae his qui non sunt derelicti: [17]qui enim non sunt derelicti tristes erant, [18]intelligentes quae sunt reposita in novissimis diebus, et non occurrent eis; sed et his qui derelicti sunt [19]propter hoc vae, videbunt enim pericula magna et necessitates multas, sicut ostendunt somnia haec. [20]attamen facilius est periclitantem venire in haec, quam pertransire sicut nubem a saeculo, et non videre quae contingunt in novissimo.

Et respondit ad me et dixit: [21]et visionis interpretationem dicam tibi, et de quibus locutus es adaperiam tibi. [22]quoniam de his dixisti qui derelicti sunt, haec est interpretatio. [23]qui adferet periculum illo tempore, ipse custodibit qui in periculo inciderint, hi sunt qui habent opera et fidem ad Fortissimum. [24]scito ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti super eos qui mortui

---

13. accedebant DST.; vulgo accedebat.

ego DST.; vulgo aegrotavi — expergefactus DST.; vulgo et expergefactus — verba et deprecatus sum Altissimum ex Syro adieci, cf. Aeth. Ar. Arm.; in libris latinis desunt. — 16. sicut] sic T. — fuerint D. — 18. scripsi intelligentes cum Hilgenfeldio; vulgo intellige (intelligite T.) nunc — non occurrent S.; que occurrent D.; vulgo occurrent. Syr.: quia enim non sunt derelicti, *tristes erunt in eis quae sunt reservata illis qui derelinquentur in novissimis diebus, ipsi autem non pervenient ad ea; Ar.: nam qui non sunt relicti, eorum corda erant sollicita, quia cognoscunt, quae in novissimis diebus, ad quos non perveniunt, futura sint; Aeth.: nam tristes sunt, cum non intelligant, quae sunt reposita eis in novissimis diebus et quae non adhuc contigerunt iis — his om. S. — 19. vae S.; vulgo om. — scripsi videbunt cum Vlisio, cf. Syr. Ar.; viderunt S.; vulgo venerunt — ante pericula vulgo legitur in, etiam in DST. — 20. facilius] felicius Hilgenfeld; melius Syr. Aeth. — haec D. Syr. Aeth.; hac ST.; vulgo hunc — non videre DST.; vulgo nunc videre — contingunt] contingerunt D.; contigerunt ST.; contingent Syr. Hilgenfeld.

21. et de] sed et de S. — 23. adferet S.; auferet T.; vulgo aufert — in illo D. — ipse S.; vulgo hic se; hic seipse D. — custodibit recte scripsit Volkmar; vulgo legitur custodiuit; custodiunt T. — inciderint DS.; vulgo inciderunt — hi sunt om. S. — 24. derelicti sunt D. —

sunt. [25]interpretationes visionis hae: quia vidisti virum ascendentem de corde maris, [26]ipse est quem conservat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam, et ipse disponet qui derelicti sunt. [27]et quoniam vidisti de ore eius exire ut spiritum et ignem et tempestatem, [28]et quoniam non tenebat frameam neque vas bellicosum, corrupit enim impetus eius multitudinem quae venerat expugnare eum, haec est interpretatio: [29]ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt, [30]et veniet excessus mentis super eos qui inhabitant terram, [31]et alii alios cogitabunt debellare, civitas civitatem et locus locum, et gens adversus gentem et regnum adversus regnum. [32]et erit cum fient haec, et contingent signa quae ante ostendi tibi, et tunc revelabitur filius meus, quem vidisti ut virum ascendentem. [33]et erit quando audierint omnes gentes vocem eius, et derelinquet unusquisque in regione sua bellum suum quod habent ad alterutrum, [34]et colligetur in unum multitudo innumerabilis, sicut vidisti volentes venire et expugnare eum; [35]ipse autem stabit super cacumen montis Sion, [36]Sion autem veniet et ostendetur omnibus parata et aedificata, sicut vidisti montem sculpi sine manibus. [37]ipse autem filius meus arguet quae advenerunt gentes impietates eorum, has quae tempestati adpropiaverunt, et improperabit coram eis mala cogitamenta eorum et cruciamenta quibus incipient cruciari, [38]quae assimilatae sunt flammae, et perdet eos sine labore per legem quae igni assimilata est. [39]et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam, [40]hae sunt decem tribus, quae captivae factae sunt de terra sua in

---

25. hae (hee DT., haec S.) vulgo ante interpretationes legitur, sed ut edidi DST., nisi quod visionis deest in T. — 26. disponet] traiiciet Syr., ordinabit Aeth., iudicabit Ar., reducet Arm. — 28. haec est] haec SDT. — 29. venient S. — 30. excessus recte scripsit Volkmar; codd. in excessu; stupor multus Syr., stupor et horror Ar., miratio Arm. — 31. in alios D.; et in aliis alio S. — bellare DST. — et ante gens om. T. — ad gentem DST. — 32. ut ante virum om. DT. — 33. in regionem suam DST. — suum om. DS. — in alterutro S. — 34. colligentur S. — vidisti S., cf. Syr. Aeth. Ar. Arm.; vulgo om. — 37. advenerunt ST.; vulgo adinvenerunt — adpropiaverunt S.; vulgo appropinquaverunt — has quae tempestati adpropiaverunt] illas (gentes) quae assimilatae sunt procellae Syr.; qui (populi) erant sicut turbo Aeth. — et improperabit (improperavit S.) coram eis (eis om. T.) DST.; vulgo propter — 38. per] et DT. — 40. hae] haec ST. — novem tribus Aeth.; novem tribus et dimidia Syr. Ar. —

diebus Iosiae regis, quem captivum duxit Salmanasar rex Assyriorum, et transtulit eos trans flumen, et translati sunt in terram aliam. [41]ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium et proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum, [42]ut vel ibi observarent legitima sua, quae non fuerant servantes in regione sua. [43]per introitus autem angustos fluminis, Euphraten introierunt; [44]fecit enim eis tunc Altissimus signa, et statuit venas fluminis usquequo transirent: [45]per eam enim regionem erat via multa itineris, anni unius et dimidii, nam regio illa vocatur Arzareth. [46]tunc inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore. et nunc iterum cum coeperint venire, [47]iterum Altissimus statuet venas fluminis, ut possint transire: propter hoc vidisti multitudinem collectam cum pace, [48]sed et qui derelicti sunt de populo tuo, qui inveniuntur intra terminum meum [49]sanctum. erit ergo quando incipiet perdere multitudinem earum quae collectae sunt gentes, proteget qui superaverit populum, [50]et tunc ostendet eis multo plurima portenta.

[51]Et dixi ego: Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. et dixit mihi: [52]sicut non potest hoc vel scrutinare, vel scire quis, quid sit in profundo maris, sic non poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. [53]haec est interpretatio somnii quod vidisti et propter quod illuminatus es haec solus. [54]dereliquisti enim tua, et circa mea vacasti, et legem

---

41. Iosiae SDT. Syr.; vulgo Osee; Sisarami Ar. — in diebus Selmenasor regis Persiae Aeth.; Salmanassar Asmavanassar rex Syriae, et dicunt eum regem Mausil Ar. — 41. dederunt sibi D. — habitavit D.; ubi nunquam quisquam inhabitavit ibi S. — 42. ut vel ibi observarent (servarent D.) SD.; vel ibi observate T.; vulgo vel ibi observare — fuerunt D. — 45. Arzareth DS.; Aizareth T.; vulgo Arsareth; Arzaph, finis mundi Syr.; Azaph Aeth.; Acsarâri et Ararawin Ar. — 46. cum coeperunt S.; ceperunt DT. — 47. statuit DT. — propter hoc ST.; vulgo propter haec — collectam DS.; vulgo om. — 48. qui inveniuntur S.; his (hiis T.) qui inveniantur (veniuntur T.) DT.; vulgo hi sunt qui inveniuntur — 49. sanctum Hilgenfeldii est emendatio, cf. Syr. Aeth. Ar.; libri: factum — qui superaverit ST.; qui superaverunt D.; vulgo eos qui superaverunt — 50. multo D.; vulgo multa.

52. potest ST.; vulgo potes — hoc DST.; vulgo haec — scrutinare S.; scrutare DT.; vulgo scrutari — quis S.; vulgo om. — quid sit DST.; vulgo quae sunt — quisque] quisquam D. — diei eius Syr. Aeth. Ar. Arm. — 53. haec solus ST.; vulgo hic solus — 54. tua iam Vlis scripsit, cf. Syr. Aeth. Ar. Arm.; vulgo tuam, T. uiam — scripsi cum Vlisio mea vacasti et legem, cf. Syr. Aeth. Ar.; vulgo meam (mea T.) vacasti legem et —

quaesisti; [55]vitam enim tuam disposuisti in sapientiam, et sensum tuam vocasti matrem: [56]et propter hoc ostendi tibi quae merces apud Altissimum; erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar et exponam tibi gravia et mirabilia.

[57]Et profectus sum et transii in campum, multum glorificans et laudans Altissimum de mirabilibus quae per tempus faciebat, [58]et quoniam gubernat tempora et quae sunt in temporibus illata: et sedi ibi tribus diebus.

Visio septima.

XIV. Et factum est tertio die, et ego sedebam sub quercu. [2]et ecce vox exivit contra me de rubo et dixit: Esdra, Esdra. et dixi: ecce ego, Domine. et surrexi super pedes meos. et dixit ad me: [3]revelans revelatus sum super rubum et locutus sum Moysi, quando populus meus serviebat in Aegypto, [4]et misi eum, et eduxi populum meum de Aegypto; et adduxi eum super montem Sina, et detinebam eum apud me diebus multis, [5]et enarravi ei mirabilia multa, et ostendi ei temporum secreta et finem, et praecepi ei dicens: [6]haec in palam facies verba, et haec abscondes. [7]et nunc tibi dico: [8]signa quae demonstravi, et somnia quae vidisti, et interpretationes quas audisti, in corde tuo repone ea, [9]tu enim recipieris ab hominibus, et converteris residuum cum filio meo et cum similibus tuis, usquequo finiantur tempora, [10]quoniam saeculum perdidit iuventutem suam et tempora appropinquant senescere;

---

55. in sapientiam DS.; vulgo in sapientia — tuam scripsi cum Vlisio, cf. Syr. Aeth.; codd. tuum — 56. que merces D.; emerces S.; vulgo merces. Syr.: tibi ista, merces enim; Aeth.: tibi ita, merces enim tua, cf. etiam Ar.

57. Syr.: ambulavi in campo; Aeth.: transii per campum — 58. gubernabat D. — tempora DT.; vulgo ipsum.

XIV, 1. post tertium diem Arm.; cum quartus dies veniret Ar.; post haec Syr. — super quercum T. — 4. detenebam S. — 6. in] tu T. — 7. tibi dico DST.; vulgo dico tibi — 8. audisti Vlisii est emendatio, cf. Syr. Aeth. Ar.; codd. tu vidisti — 9. hominibus Ambros. de bono mortis c. 11. Syr. Aeth. Ar.; vulgo legitur omnibus — et ante converteris vulgo deest, sed legitur in DST. — converteris] conversaberis Ambros. — residuum cum filio DST. Ambros.; vulgo residuus cum consilio —

11 duodecim enim partibus divisum est saeculum, et transierunt eius
decimam et dimidium decimae partis, 12 superant autem eius duae
post medium decimae partis. 13 nunc ergo dispone domum tuam,
et corripe populum tuum, et consolare humiles eorum, et renuntia
iam corruptelae, 14 et dimitte abs te mortales cogitationes, et proice
abs te pondera humana, et exue te iam infirmam naturam, et re-
pone in unam partem molestissima tibi cogitamenta, et festina
transmigrare a temporibus his; 15 quae enim vidisti nunc contigisse
mala, iterum horum deteriora fient: 16 quantum enim invalidum
fiet saeculum a senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitan-
tes mala. 17 prolongabit enim se magis veritas et appropinquabit
mendacium; iam enim festinat aquila venire quam vidisti in visione.

18 Et respondi et dixi: loquar coram te, Domine. 19 ecce enim
ego abibo sicut praecepisti mihi, et corripiam praesentem populum;
qui autem iterum nati fuerint quis commonebit? 20 positum est ergo
saeculum in tenebris, et qui inhabitant in eo sine lumine, 21 quo-
niam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quae a te facta
sunt, vel quae incipient opera. 22 si enim inveni coram te gra-
tiam, immitte in me spiritum sanctum, et scribam omne quod
factum est in saeculo ab initio, quae erant in lege tua scripta, ut
possint homines invenire semitam, et qui voluerint vivere in no-
vissimis vivant.

23 Et respondit ad me et dixit: vadens congrega populum, et
dices ad eos, ut non quaerant te diebus quadraginta. 24 tu autem

---

11. et 12. om. Syr. Arm.; Aeth.: decem enim partibus dispositus est mundus, et venit ad decimam, et superest dimidium decimae; Ar.: et maxima pars annorum eius praeteriit, et reliqui sunt valde pauci. — 11. decimam DST.; vulgo decima. decimam recte habet et cum Volkmaro cave scribas X anni — 12. deest in T. — superant D.; vulgo supersunt — duae SD.; vulgo om. — 14. proice DT.; vulgo proiice — tibi om. T. — 15. horum om. T. — fient iam Vlis scripsit, codd. facient — 16. multiplicabunt inhabitantes S. — 17. prolongabit Hilgenfeld, cf. Aeth. Ar. Arm.; vulgo prolongavit — se om. S. — magis om. T. — appropinquabit Hilgenfeld; vulgo appropinquavit — aquila] itaque DST.; vulgo om.; vocem aquila addendam esse ex Syr. Aeth. Ar. Arm. intelligitur et iam Volkmar perspexit. — quam] quō̄ T. — scripsi in visione cum Volkmaro; in visionem S.; vulgo visionem.

18. loquar in libris latinis errore excidit, cf. Syr. Aeth. Ar. Arm. — 19. ego enim T. — commouebit DS. — 20. ergo] enim Syr. Aeth. Ar. Arm. — 22. coram DS.; vulgo in — gratiam coram te S. — ut scribam D. Arm. — et quae Aeth. Ar. Arm.

23. vade T. — non te querant S.; te non querant D. —

praepara tibi buxos multos, et accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Elkana et Asihel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter. [25]et venies hic, et ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quae non extinguetur quoadusque finiantur quae incipies scribere. [26]et cum perfeceris quaedam palam facies, quaedam sapientibus absconse trades, in crastinum enim hac hora incipies scribere.

[27]Et profectus sum sicut mihi praecepit, et congregavi omnem populum et dixi: [28]audi, Israël, verba haec: [29]peregrinantes peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegypto et liberati sunt inde, [30]et acceperunt legem vitae, quam non custodierunt, quam et vos post eos transgressi estis; [31]et data est vobis terra in sortem et terra Sion, et patres vestri et vos iniquitatem fecistis et non servastis vias quas vobis praecepit Altissimus, [32]et iustus iudex cum sit, abstulit a vobis in tempore quod donaverat. [33]et nunc vos hic estis et fratres vestri introrsum vestrum sunt. [34]si ergo imperaveritis sensui vestro et erudieritis cor vestrum, vivi conservati eritis et post mortem misericordiam consequemini; [35]iudicium enim post mortem veniet quando iterum reviviscemus, et tunc iustorum nomina parebunt, et impiorum facta ostendentur. [36]ad me autem nemo accedat nunc, neque requirat me usque diebus quadraginta.

[37]Et accepi quinque viros sicut mandavit mihi, et profecti sumus in campum et mansimus ibi. [38]et factus sum in crastinum, et ecce vox vocavit me dicens: Esdra, aperi os tuum et bibe quo te potavero. [39]et aperui os meum, et ecce calix plenus porrigebatur mihi. hoc erat plenum sicut aqua, color autem eius ut ignis similis. [40]et accepi et bibi, et in eo cum bibissem, cor meum

---

24. buxos multos] tabulas multas Syr. Aeth. Ar. Arm. — Sariam T. Syr.; Soria Aeth.; Saranum Ar.; Garian Arm. — Dariam Syr.; Darbia Aeth.; Dirinum Ar.; Arabian Arm. — Selemiam DT.; Selamia Aeth.; Limiyanum Ar.; Hermian Arm. — Elkana Arm.; Helcana Syr.; Ethanum S.; Ethannam D.; vulgo Echanum; Echanan Aeth.; Pharanum Ar. — Asihel ST.; Hasiel D.; vulgo Asiel; Asielem Ar.; Sciel Syr.; Asilihen Aeth.; Ethen Arm. — 25. venies hic DST.; vulgo venias huc — 26. cum perfeceris DST.; vulgo tunc perfectis.

29. peregrinantes DST.; vulgo om. — 31. vobis] nobis T. Aeth. Ar. — et terra Sion] in terra Sion Syr. probante Hilgenfeldo, qui Deuter. 4, 46. conferri iubet! post Sion verba in hereditatem excidisse Volkmar existimat. — vobis praecepit DST.; vulgo praecepit vobis — 32. et iustus] iustus DST. — 33. introrsum vestrum] inter vos Ar. Arm.; introrsum vestrum in terra alia Syr.; pro ἐντὸς ὑμῶν primo scriptum fuisse ἐκτὸς ὑμῶν satis probabiliter dixit Volkmar — 36. autem DST. Syr.; vulgo igitur — diebus ST.; vulgo dies.

37. in campo DST. — 38. factus sum] factum est Syr.; Volkmar verba et factus sum delenda esse censet. — quod te S. —

eructabatur intellectum, et in pectus meum increscebat sapientia, nam spiritus meus conservabat memoria. [41]et apertum est os meum, et non est clausum amplius. [42]Altissimus autem dedit intellectum quinque viris, et scripserunt quae dicebantur excessiones noctis quas non sciebant, et sederunt quadraginta diebus; ipsi autem per diem scribebant, [43]nocte autem manducabant panem: ego autem per diem loquebar, et per noctem non tacebam. [44]scripti sunt autem per quadraginta dies libri nonaginta quatuor. [45]et factum est, cum completi essent quadraginta dies, locutus est Altissimus dicens: priora quae scripsisti in palam pone, et legant digni et indigni, [46]novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo; [47]in his enim est vena intellectus, et sapientiae fons, et scientiae flumen. [48]et feci sic [in anno septimo in hebdomada sexta post quinque millia annos creationis et menses tres et dies duodecim. [49]et in eis raptus est Ezras et assumptus est in locum similium eius, postquam scripsit ista omnia. [50]ipse autem vocatus est scriba scientiae Altissimi usque in saecula saeculorum.]

40. scripsi eructabatur; eructuabatur S.; eructabitur T.; eructauit D.; vulgo cruciabatur — intellectum DST.; vulgo intellectu — increscebat] intrinsecabatur T. — conservabat DST.; vulgo conservabatur — memoriam D. — 42. autem DS.; vulgo om. — excessiones noctis] in serie in characteribus literarum Syr.; omnia signa quaecunque erant singula suo ordine Aeth.; secundum ordinem signorum rerum successive Ar.; alternis dicta signa scriptura Arm.; Hilgenfeld: ex successione (successionem S.) notis — verba: et sederunt (sedi ibi Syr. Arm. Ar.) quadr. d. ipsi a. p. d. scribebant, vulgo om., sed leguntur in DS. — 43. per noctem] nocte S. — 44. in XL diebus S. — nonaginta quatuor scribendum esse ex verbis sequentibus et reliquis versionibus intelligitur. DCCCCIIII DST.; vulgo ducenti quatuor — 45. completi essent (sunt D.) STD.; vulgo complevissent — 48. libri clausula, quam ex Syr. supplevi et uncinis circumscripsi, in libris latinis ideo excidit, quia nescio quo errrore sequentis libri posterior pars utpote caput XV. et XVI. adsueretur, cum prior pars initio huius libri utpote caput primum et secundum locata esset. Aeth.: quarto anno de sabbatis annorum et post annum creationis quinquies millesimo, decimo die tenebrarum tertii mensis et in diebus XCII. illo die sublatus est Ezra et deductus in regionem, ubi sunt ii qui sicut ille, postquam scripsit haec omnia. et ille vocatus est scriba sapientiae Altissimi in saecula saeculorum. amen et amen. Ar.: et vixi septuaginta sex annos. post annum a creatione mundi quinquies millesimum vigesimum quintum die duodecimo tertii mensis Ezra sublatus est et susceptus in regionem viventium ipsi consimilium. et scripsit omnia ista et vocatus est auctor legis et intelligentiae et cognitionis Altissimi, cui sit gloria et potentia in aeternum. amen. Arm.: anno quarto secundum hebdomadem annorum post quinque millia annorum creationis mundi et duo menses dierum. et ipse Ezra clevatus est et sublatus ad chorum similium suorum cum sanctis et iustis. scripsi haec omnia et nuncupatus sum scriba Altissimi, cui gloria in aeternum. amen.

LIBER ESDRAE QUINTUS.

I. Liber Esdrae prophetae secundus, filii Sarei, filii Azarei, filii Helchiae, filii Salame, filii Sadoch, filii Achitob, [2]filii Achiae, filii Phinees, filii Heli, filii Amariae, filii Aziel, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziae, filii Borith, filii Abissei, filii Phinees, filii Eleazar, [3]filii Aaron ex tribu Levi, qui fuit captivus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum.

[4]Et factum est verbum Domini ad me, dicens: [5]vade et nuncia populo meo facinora ipsorum et filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, ut nuncient filiis filiorum, [6]quia peccata parentum illorum in illis creverunt: obliti enim mei sacrificaverunt diis alienis. [7]nonne ego eduxi eos de terra Aegypti, de domo servitutis? ipsi autem irritaverunt me et consilia mea spreverunt. [8]tu autem excute comam capitis tui et proice omnia mala super illos, quoniam non obedierunt legi meae, populus autem est indisciplinatus. [9]usquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? [10]reges multos propter eos subverti, Pharaonem cum pueris suis et omnem exercitum eius percussi: [11]omnes gentes a facie eorum perdidi et in oriente provinciarum duarum populos, Tyri et Sidonis, dissi-

---

I. 1—3. cf. Esra 7, 1—5. 3 Esra 8, 1. 2. 1 Chron. 5, 29. ss. — Ezrae S. — secundus] tercius D. — Sarei] sarai T. — Azarei] Azarie D. — Helchiae S.; elchie DT.; vulgo Helciae — Salame S.; vulgo Sadaniae; LXX Σελούμ, 3 Esr. 8, 2. Σαλήμου, שַׁלּוּם — 2. Achiae] Achis ST., cf. 1 Sam. 14, 3. — Amarie D.; vulgo Ameriae; amerei T.; 3 Esra 8, 2. Ἀμαρίου, Esra 7, 3. Σαμαρία! אֲמַרְיָה — aziel T.; aziei S.; Azihel D.; vulgo Asiel; Esra 7, 3. Ἐσριά; 3 Esra 8, 2. Ὀζίου, עֻזִּיָּה — Marimoth, Esra 7, 3. Μαρεώθ, 3 Esr. 8, 2. Μαρερώθ, מְרָיוֹת — Arnan D.; Esr. 7, 4. Ζαραΐα, 3 Esr. 8, 2. Ζαραίου, זַרְחִיָה — Borith, Esra 7, 4. Βοκκί, 3 Esra 8, 2. Βοκκά, בֻּקִּי — Abissei ST.; Abissan D.; vulgo Abisei; Esra 7, 5. Ἀβισουέ, 3 Esr. 8, 2. Ἀβισουαί, al. Ἀβισαΐ, אֲבִישׁוּעַ — 3. et ex T. — Artaxersis DST.

5. et nuncient D. — 6. illorum DST.; vulgo ipsorum — in ipsis D. — obliti sunt D. — mei] me S.; me et D. — 7. eos eduxi S. — et de domo D. — 8. proice DT.; vulgo proiice — super illorum T. — obaudierunt S. — 11. populum D. —

pavi, et omnes adversarios eorum interfeci. tu vero loquere ad eos dicens: haec dicit Dominus: [13]nempe ego vos per mare traieci et plateas vobis in invio munitas exhibui, ducem vobis dedi Moysen et Aaron sacerdotem, [14]lucem vobis per columnam ignis praestiti et magna mirabilia feci in vobis, vos autem mei obliti estis, dicit Dominus. [15]haec dicit Dominus omnipotens: coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, et illic murmurastis [16]et non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc usque murmurastis. [17]ubi sunt beneficia, quae praestiti vobis? nonne in deserto cum esuriretis et sitiretis proclamastis ad me [18]dicentes: ut quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat servire Aegyptiis, quam mori in deserto hoc. [19]ego dolui gemitus vestros et dedi vobis manna in escam; panem angelorum manducastis. [20]nonne cum sitiretis petram excidi et fluxerunt aquae in saturitate? propter aestus foliis arborum vos texi; [21]divisi vobis terras pingues, Chananaeos et Pherezaeos et Philistinos a facie vestra proieci: quid faciam vobis adhuc? dicit Dominus. [22]haec dicit Dominus omnipotens: in deserto cum essetis in flumine Amorrhaeo sitientes et blasphemantes nomen meum, [23]non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam dulce feci flumen.

[24]Quid tibi faciam Iacob? noluisti obedire Iuda. transferam me ad alias gentes et dabo eis nomen meum, ut custodiant legitima mea. [25]quoniam me dereliquistis, et ego vos derelinquam; petentibus vobis a me misericordiam, non miserebor vestri; [26]quando invocabitis me, ego non exaudiam vos, maculastis enim manus vestras sanguine, et pedes vestri inpigri sunt ad committenda homicidia. [27]non quasi me dereliquistis, sed vos ipsos, dicit Dominus. [28]haec dicit Dominus omnipotens: nonne ego vos rogavi ut pater filios et ut mater filias et nutrix parvulos suos, [29]ut essetis mihi in

---

13. per om. S. — traieci DS.; transieci T.; vulgo transmeavi — in invio S.; in imo T.; vulgo initio; et civitates D. — 14. cf. Exod. 13, 21. — 15. cf. Exod. 16, 13. ss. — conturnix DT. — in signum D. — 17. et sitiretis DST.; vulgo om. — 19. cf. Ps. 78, 25. LXX Sap. 16, 20. — manna vobis DS. — 20. saturitatem D.; sacietate S. — 21. Philistinos ST.; vulgo Philistaeos — 22. cf. Exod. 15, 22. ss. — Amorreo DST. — 23. blasphemiis vestris D.

24. obedire] me obaudire DS. — 25. vestri DS.; vulgo om. — 26. cf. Ies. 59, 7. Rom. 3, 15. — 28. et nutrix DST.; vulgo et ut nutrix —

populum et ego vobis in Deum, et vos mihi in filios et ego vobis in patrem? [30]ita vos collegi ut gallina pullos suos sub alas suas. modo autem quid faciam vobis? proiciam vos a facie mea. [31]oblationes mihi cum obtuleritis, avertam faciem meam a vobis, dies enim festos vestros et neomenias et circumcisiones carnis repudiavi. [32]ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis et laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus. [33]haec dicit Dominus omnipotens: domus vestra deserta est; proiciam vos sicut ventus stipulam, [34]et filii procreationem non facient, quoniam mandatum meum vobiscum neglexerunt et quod malum est coram me fecerunt. [35]tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quae praecepi; [36]prophetas non viderunt, et memorabuntur iniquitatum eorum. [37]testor populi venientis gratiam, cuius parvuli exsultant cum laetitia me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credent quae dixi. [38]et nunc, frater, aspice cum gloria, et vide populum venientem ab oriente, [39]quibus dabo ducatum Abraham, Isaac et Iacob, et Oseae et Amos et Michaeae et Ioelis et Abdiae et Ionae [40]et Naum et Abacuc, Sophoniae, Aggaei, Zachariae et Malachiae, qui et angelus Domini vocatus est.

II. Haec dicit Dominus: ego eduxi populum istum de servitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia. [2]mater, quae eos generavit, dicit illis: ite, filii, quia ego vidua sum et derelicta: [3]educavi vos cum laetitia et amisi vos cum luctu et tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro et quod malum est coram

---

29. cf. Ierem. 24, 7. Hebr. 8, 10. — 30. cf. Mtth. 23, 37. — pullos] filios DS. — proiciam DS.; prohiciam T.; vulgo proiiciam — 31. cf. Ies. 1, 13. 14. — oblationes DST.; vulgo oblationem — mihi cum obtuleritis ST.; cum obt. mihi D.; vulgo cum mihi attuleritis — neomenia DST. — carnis (+ vestre D.) STD.; vulgo om. — 32. eorum] illorum DS. — 33. cf. Mtth. 23, 38. — vestra] nostra T. — proiciam, vid. ad vs. 30. — 34. vobiscum DS.; vulgo om. — 35. domus DT. — 36. iniquitatum] equitatum DT.; antiquitatum S. — 37. credent DST.; vulgo credentes — 38. cum DST.; vulgo quae — 39. michee DT.; miche S. — ioelis T.; Iohelis DS.; vulgo Ioel — 40. Naum DST.; vulgo Nahum — et Soph. D. — et Aggei D. — et Zach. D. — Malachim DST.

II. 1. cf. Prov. 1, 25. — irrita fecerunt] irritaverunt T. — 2. cf. Baruch 4, 11. 12. — 3. vestro om. DS. — coram me DST.; vulgo coram eo —

me fecistis. [4]modo autem quid faciam vobis? ego enim vidua sum et derelicta: ite filii et petite a Domino misericordiam. [5]ego autem te, pater, testem invoco super matrem filiorum, quia noluerunt testamentum meum servare, [6]ut des eis confusionem, et matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. [7]dispergantur in gentes, nomina eorum deleantur a terra, quoniam spreverunt sacramentum meum. [8]vae tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. gens mala, memorare quid fecerim Sodomae et Gomorrhae, [9]quorum terra iacet in piceis glebis et aggeribus cinerum: sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens.

[10]Haec dicit Dominus ad Esdram: annuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israël, [11]et sumam mihi gloriam illorum et dabo eis tabernacula aeterna, quae praeparaveram illis. [12]lignum vitae erit illis in odorem unguenti et non laborabunt, neque fatigabuntur. [13]ite et accipietis, rogate vobis dies paucos, ut minorentur; iam paratum est vobis regnum: vigilate. [14]testare coelum et terram, omisi enim malum et creavi bonum, quia vivo ego, dicit Dominus. [15]mater, amplectere filios tuos, educa illos cum laetitia, sicut columba confirma pedes eorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. [16]et resuscitabo mortuos de locis suis et de monumentis educam illos, quoniam cognovi nomen meum in illis. [17]noli timere, mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. [18]mittam tibi adiutorium pueros meos Isaiam et Ieremiam, ad quorum consilium sanctificavi et paravi tibi arbores duodecim gravatas variis fructibus, [19]et totidem fontes fluentes lac et mel, et montes immensos septem habentes rosam et lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. [20]viduam iustifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti, [21]confractum et debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum et caecum ad visionem claritatis meae admitte, [22]senem et

---

4. enim DS.; vulgo om. — 5. quia DST.; vulgo qui — 7. de terra D. — 8. o gens T.

10. annuntia TS.; denuncia D.; vulgo nuncia — in Ierus. D.; Hierusalem S. — 11. cf. Luc. 16, 9. — 12. odorem D.; vulgo odore — ungenti DT. — 13. minorentur DS.; vulgo immorentur — 14. testare testare DS. — omisi DST.; vulgo contrivi — 15. conplectere SD. — 16. cf. Ies. 26, 19. Ezech. 37, 12. 13. — illis STD.; vulgo Israël — 18. Hieremiam S. — 19. implebo] replebo DS. —

iuvenem intra muros tuos serva, [23]mortuos ubi inveneris, signans commenda sepulchro, et dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. [24]pausa et quiesce, populus meus, quia veniet requies tua. [25]nutrix bona, nutri filios tuos, confirma pedes eorum. [26]servos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet, ego enim eos requiram de numero tuo. [27]noli satagere, cum enim venerit dies pressurae et angustiae, alii plorabunt et tristes erunt, tu autem hilaris et copiosa eris. [28]zelabunt gentes et nihil adversus te poterunt, dicit Dominus. [29]manus meae tegent te, ne filii tui gehennam videant. [30]iocundare, mater, cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus. [31]filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de latibulis terrae et misericordiam cum illis faciam, quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens. [32]amplectere natos tuos usque dum venio et praedica illis misericordiam, quoniam exuberant fontes mei et gratia mea non deficiet.

[33]Ego Esdras praeceptum accepi a Domino in monte Oreb, ut irem ad Israël: ad quos cum venirem, reprobaverunt me et respuerunt mandatum Domini; [34]ideoque vobis dico, gentes, quae auditis et intelligitis: exspectate pastorem vestrum, requiem aeternitatis dabit vobis, quoniam in proximo est ille, qui in fine saeculi adveniet. [35]parati estote ad praemia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per aeternitatem temporis. [36]fugite umbram saeculi huius, accipite iocunditatem gloriae vestrae; ego testor palam salvatorem meum. [37]commendatum donum accipite et iocundamini, gratias agentes ei, qui vos ad coelestia regna vocavit. [38]surgite et state et videte numerum signatorum in convivio Domini. [39]qui se de umbra saeculi transtulerunt, splendidas tunicas a Domino acceperunt. [40]recipe, Sion, numerum tuum et conclude candidatos tuos, qui legem Domini compleverunt. [41]filiorum tuorum, quos optabas, plenus est numerus. roga imperium Domini, ut sanctificetur populus tuus, qui vocatus est ab initio.

---

25. confirma enim DS. — 26. ego enim eos DST.; vulgo eos ego enim — 27. satagere DST.; vulgo fatigari — alii] illi T. — 28. nihil S.; nichil DT.; vulgo nil — 30. iocundare DT.; vulgo iucundare — 31. latibulis D.; latilibus S.; vulgo lateribus — 32. praedica ST.; praedicare D.; vulgo praestem.

33. accepi praeceptum DS. — Choreb D.; choreph S. — 34. quia requiem D. — 36. iocunditatem DST.; vulgo iuc. — 37. donum] domini DS. — iocundamini DST.; vulgo iuc. — 40. candidatos] candidos D.

42 Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, et omnes canticis collaudabant Dominum. 43 et in medio eorum erat iuvenis statura celsus, eminentior omnibus illis, et singulis eorum capitibus imponebat coronas, et magis exaltabatur: ego autem miraculo tenebar. 44 tunc interrogavi angelum et dixi: qui sunt hi, Domine? 45 qui respondens dixit mihi: hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt et immortalem sumpserunt et confessi sunt nomen Dei; modo coronantur et accipiunt palmas. 46 et dixi angelo: ille iuvenis, quis est, qui eis coronas imponit et palmas in manus tradit? 47 qui respondens dixit mihi: ipse est Filius Dei, quem in saeculo confessi sunt. ego autem magnificare eos coepi, qui fortiter pro nomine Domini steterunt. 48 tunc dixit mihi angelus; vade, annuntia populo meo, qualia et quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

XV. Ecce loquere in aures plebis meae sermones prophetiae, quos immisero in os tuum, dicit Dominus, 2 et fac ut in charta scribantur, quoniam fideles et veri sunt. 3 ne timeas a cogitationibus adversum te, nec turbent te incredulitates dicentium, 4 quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur.

5 Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium et famem et mortem et interitum, 6 propter quod superpolluit iniquitas super omnem terram, et adimpleta sunt opera nociva illorum. 7 propterea dicit Dominus: 8 iam non silebo de impietatibus eorum quae irreligiose agunt, nec sustinebo in his quae inique exercent; ecce sanguis innoxius et iustus clamat ad me, et animae iustorum clamant perseveranter. 9 vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, et accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. 10 ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam

---

42. laudabant T. — 43. excelsus D. — 46. ad angelum DS. — 47. qui respondens DST.; vulgo et resp. — nomine dei T.

XV, 2. carta T.; cartha D. — 3. et ne D. — pro dicentium Hilgenfeld scribendum iudicat discentium.

6. superpolluit] superposuit S.; supposuit D. — super T.; vulgo om. — 8. eorum quae] eorum quas S. a sec. m. —

non patiar illum habitare in terra Aegypti, [11]sed educam eum in manu potenti et brachio excelso, et percutiam Aegyptum plaga sicut prius, et corrumpam omnem terram eius. [12]lugeat Aegyptus et fundamenta eius plaga verberata in castigationes, quas inducet Deus. [13]lugeant cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum et vastabuntur ligna eorum ab uredine et grandine et a sidere terribili. [14]vae saeculo et qui habitant in eo, [15]quia appropinquabit gladius et contritio eorum, et exsurget gens super gentem ad pugnam, et rhomphaea in manibus eorum. [16]erit enim inconstabilitio hominibus, alii aliis invalescentes non curabunt regem suum et principem megistanorum suorum in potentia sua. [17]concupiscet enim homo in civitatem ire et non poterit; [18]propter superbiam enim eorum civitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. [19]non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis et tribulationem multam. [20]ecce ego convoco, dicit Deus, omnes reges terrae ad movendum qui sunt ab oriente et ab austro, ab euro et a libano, ad convertendos in se et reddere quae dederunt illis; [21]sicut faciunt usque hodie electis meis, sic faciam et reddam in sinu eorum. haec dicit Dominus Deus: [22]non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphaea super effundentes sanguinem innoxium super terram. [23]et exiit ignis ab ira eius, et devoravit fundamenta terrae et peccatores quasi stramen incensum. [24]vae eis qui peccant et non observant mandata mea, dicit Dominus; [25]non parcam illis: discedite filii apostatae, nolite contaminare sanctificationem meam. [26]quoniam novit Dominus omnes qui delinquunt in illum, propterea tradidit eos in mortem et in occisionem. [27]iam enim

---

11. Aegyptum SD.; vulgo om. — 12. lugeat DST.; vulgo lugebit — plaga] a plaga S.; et plaga DT. — in castigationes DST.; vulgo et castigatione — inducit DST. — deus D.; d's d's T.; dominus S.; vulgo ei deus — 13. lugeant DST.; vulgo lugebunt — et vastabuntur (vastabunt S.) ligna eorum DS.; vulgo om. — 14. inhabitant S. — 15. appropinquabit Hilgenfeld; libri appropinquavit — super DST.; vulgo contra — romphea D.; rumphea ST. — 16. alii DT.; vulgo et alii — principem DST.; vulgo principes — megistanorum Rönschii est correctio; me gestanorum S.; me gestorum T.; vulgo viae (vie D.) gestorum — 19. proximo suo T. — 20. Deus] dominus D. — movendum DS.; vulgo me verendum — austro DT.; vulgo austro et — in se] ad se T. — 22. romphea D.; rumphea ST. — innocuum S. — 23. et exiit DT.; vulgo exiit — devorabit D. — 25. parcam] peccavi T. — apostate T.; vulgo a potestate — 26. Dominus] deus T.

venerunt super orbem terrarum mala, et manebitis in illis, non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum.

[28]Ecce visio et horribilis, et facies illius ab oriente. [29]et exient nationes draconum Arabum in curribus multis et sic flatus eorum a die itineris fertur super terram, ut iam timeant et trepident omnes qui illos audient. [30]Carmani insanientes in ira, et exient ut apri de silva, et advenient in virtute magna, et constabunt in pugnam cum illis, et vastabunt portionem terrae Assyriorum in dentibus suis. [31]et post haec supervalescent dracones nativitatis memores suae, et si converterint se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos, [32]et isti turbabuntur et silebunt in virtute illorum, et convertent pedes suos in fugam, [33]et a territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, et consumet unum ex illis, et erit timor et tremor in exercitu illorum, et contentio in reges ipsorum.

[34]Ecce nubes ab oriente et a septentrione usque ad meridianum, et facies eorum horrida valde, plena irae et procellae. [35]et collident se invicem, et effundent sidus copiosum super terram et sidus illorum, et erit sanguis a gladio usque ad ventrem equi, [36]et a femoribus hominis usque ad suffraginem cameli. et erit timor et tremor multus super terram, [37]et horrebunt qui videbunt iram illam, et tremor apprehendet illos. et post haec movebuntur nimbi copiosi [38]a meridiano et septentrione et portio alia ab occidente. [39]et superinvalescent venti ab oriente et recludent eam et nubem quam suscitavit in ira, et sidus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum et occidentem violabitur. [40]et exalta-

---

28. et horribilis DST.; vulgo horribilis — 29. sic DST.; vulgo sicut — a die itineris fertur DST.; vulgo numerus feretur — iam] et iam S.; et T.; etiam Hilgenfeld — 30. Carmanos hic intelligendos esse iam Luecke vidit; libri Carmonii — in pugna T. — in dentibus suis DS.; vulgo om. — 31. memores sue (sui S.) DTS.; vulgo suae memores — si converterint DS.; vulgo convertent; convenerunt T. — 32. et isti DS.; vulgo isti — 33. eos] illos S. — in exercitum S.

34. a septentrione DT.; vulgo a om. — usque ad] usque DT. — eorum DT.; illorum S.; vulgo earum — valde om. T. — 35. effundent DST.; vulgo collident — equi DST.; vulgo om. — 36. scripsi a femoribus; Hilgenfeld sinum; libri fimus — usque ad] ad DT.; et S. — suffraginem S.; suffragmen D.; fragmen T.; vulgo substramen — 37. illos] eos T. — movebuntur DST.; vulgo movebunt — 38. portio μερίς vel μέρος, sed graece νέφος scriptum fuisse A. de Gutschmid existimat. — 39. eam] eum S. — suscitavit DST.; vulgo suscitavi — exterritationem] exterritationem T.; exterminationem D.; exteritionem S.; extritionem Roensch — ventum] natum DST.; notum Hilgenfeld — violabit A. de Gutschmid —

buntur nubes magnae et validae plenae irae et sidus, ut exterreant omnem terram et inhabitantes eam, et infundet super omnem locum altum et eminentem sidus terribile, [41]ignem et grandinem et rhomphaeas volantes et aquas multas, ut etiam impleantur omnes campi et omnes rivi plenitudine aquarum illarum: [42]et demolientur civitates et muros et montes et colles et ligna silvarum et foenum pratorum et frumenta eorum, [43]et transibunt constantes usque ad Babylonem et exterent eam; [44]convenient ad ipsam et circuibunt eam, et effundent sidus et omnem iram super eam, et subibit pulvis et fumus usque in coelum, et omnes in circuitu lugebunt eam, [45]et qui sub ea remanserint servient his qui eam exterruerunt.

[46]Et tu Asia consors in specie Babylonis et gloria personae eius, [47]vae tibi misera propter quod assimilasti ei et ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum et gloriandum in amatoribus tuis, qui te cupierunt semper fornicari. [48]odibilem imitata es in omnibus operibus eius et adinventionibus eius, proptera dicit Deus: [49]immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem et famem et gladium et pestem ad devastandas domos tuas, ad violationem et mortem, et gloria virtutis tuae [50]sicut flos siccabitur cum exsurget ardor qui emissus est super te. [51]infirmaberis ut paupercula plagata et castigata a mulieribus, ut non possint te suscipere potentes et amatores. [52]numquid ego sic zelabo te, dicit Dominus, [53]nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussionem manuum et ridens super mortem eorum cum inebriata es?

---

40. et plene D. — exterreant] extereant D.; exterant ST. — infundet D.; fundent S. a pr. m., ex em. fundet; vulgo infundent; T. verba terram — omnem om. — 41. rompheas D.; rumpheas ST. — illarum DST.; multarum — 42. demolient S. — fena S. — 43. ad om. DT. — 45. et tunc qui D. — sub ea remanserunt D.; sub remanserunt S. — eam DT.; vulgo om. — exteruerunt legi vult Roensch.

46. consors DS.; vulgo concors — specie S.; vulgo spem. — 47. et ante ornasti om. DS. — te DST.; vulgo tecum — 48. adinventionibus ST.; vulgo in adinventionibus — 49. famen T. — domus ST. — ad violationem et mortem S.; vulgo a violatione et morte — 51. et firmaberis S. a pr. m. — paupercula plagata] pauper a plaga T.; paupera a plaga S.; pauper et D. — mastigata S. — mulieribus] vulneribus DS. — te] vos DST. — 52. zelabo DST.; vulgo zelabor — 53. exultans Roensch — scripsi et ridens; dicens D.; vulgo et dicens; edicens A. de Gutschmid; adiciens Roensch; et dehiscens, καὶ καταχαίνουσα Hilgenfeld — es DST.; vulgo esse —

54 exorna speciem vultus tui. 55 merces fornicariae in sinu tuo; propterea redditionem accipies. 56 sicut facies electis meis, dicit Dominus, sic faciet tibi Deus et tradet te in malum. 57 et nati tui fame interient, et tu rhomphaea cades, et civitates tuae conterentur, et omnes tui in campo gladio cadent; 58 et qui sunt in montibus fame peribunt, et manducabunt carnes suas, et sanguinem bibent a fame panis et siti aquae. 59 infelix per maria venies, et rursum accipies mala. 60 et in transitu allident civitatem otiosam, et exterent aliquam portionem terrae tuae, et partem gloriae tuae exterminabunt rursum revertentes ad Babylonem subversam. 61 et demolita eris illis pro stipula et ipsi erunt tibi ignis, 62 et devorabunt te et civitates tuas, terram tuam et montes tuos, omnes silvas tuas et lignum fructiferum igni comburent; 63 filios tuos captivos ducent, et censum tuum praedam habebunt, et gloriam faciei tuae exterminabunt.

XVI. Vae tibi, Babylon et Asia, vae tibi, Aegypte et Syria! 2 praecingite vos saccis et ciliciis, et plangite filios vestros et dolete, quoniam appropinquavit contritio vestra. 3 immissus est vobis gladius, et quis est qui avertat illum? 4 immissus est vobis ignis, et quis est qui extinguat illum? 5 immissa sunt vobis mala, et quis est qui repellat ea? 6 numquid repellet aliquis leonem esurientem in silva, aut extinguet ignem in stipula mox quando coeperit ardere? 7 numquid repellet aliquis sagittam a sagittario forti missam? 8 Dominus fortis mittit mala, et quis est qui repellat ea? 9 exiet ignis ex iracundia eius, et quis est qui extinguat eum? 10 coruscabit, et quis non timebit, tonabit, et quis non pavebit? 11 Dominus comminabitur, et quis non funditus conteretur a facie ipsius? 12 terra tremuit et fundamenta eius, mare fluctuatur de

---

55. fornicariae SD.; fornicare T.; vulgo fornicationis tuae — in sinus tuos S. — propterea DS.; propter T.; vulgo propter hoc — recipies S. — 56. faciet] faciat DT. — tradet] tradat DT. — in malis S. — 57. intereant T. — romphea D.; rumphea ST. — 59. per maria] primaria DST. — recipies D. — 60. otiosam S.; ociosam DT.; vulgo occisam — babyloniam T.; babiloniam S. — 62. te et om. D. — et terras tuas D. — 63. praedam S.; praeda TD.; vulgo in praedam.

XVI, 4. vobis DT.; vulgo in vobis — 6. quando quo DT.; que S. — 8. fortis] deus S. — mittit DST.; vulgo immittit — 9. exiet DS.; exiget T.; vulgo exiit — 12. fluctuatur DT.; vulgo fluctuat —

profundo, et fluctus eius disturbabuntur et pisces eius a facie Domini et a gloria virtutis eius, [13]quoniam fortis dextera eius quae arcum tendit. sagittae eius acutae, quae ab ipso mittuntur, non deficient cum coeperint mitti in fines terrae. [14]ecce mittuntur mala et non revertentur donec venient super terram. [15]ignis succenditur et non extinguetur donec consumat fundamenta terrae. [16]quemadmodum non redit sagitta missa a sagittario valido, sic non revertentur mala quae missa fuerint in terram. [17]vae mihi, vae mihi, quis me liberabit in illis diebus? [18]initium dolorum et multi gemitus, initium famis et multi interient, initium bellorum et formidabunt potestates, initium malorum et trepidabunt omnes. [19]in his quid facient cum venerint mala? [20]ecce fames et plaga et tribulatio et angustia missa sunt flagella in emendatione, [21]et in his omnibus se non convertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper. [22]ecce, erit annonae vilitas super terram sic ut putent sibi esse directam pacem, et tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames et magna confusio. [23]a fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, et gladius perdet caeteros qui superaverint a fame, [24]et mortui sicut stercora proicientur, et non erit qui consoletur eos. derelinquetur enim terra deserta, et civitates eius deicientur: [25]non derelinquetur qui colat terram et qui seminet eam. [26]ligna dabunt fructus, et quis vindemiabit illa? [27]uva matura fiet, et quis calcabit illam? erit enim locis magna desertio. [28]cupiet enim homo hominem videre, vel vocem eius audire: [29]relinquentur enim de civitate decem, et duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus et scissuris petrarum. [30]quemadmodum derelinquuntur in oliveto in singulis arboribus tres aut quatuor olivae, [31]aut sicut in vinea vindemiata racemi derelinquuntur ab his qui diligenter vineam scrutantur:

---

13. et sagitte T. — 14. revertuntur D.; convertentur T. — venient ST.; vulgo veniant — 15. consumat] confundat T. — 16. sagittario valido DST.; vulgo valido sagittario — 17. diebus illis T. — 18. interient DST.; vulgo interitus. — 19. facient D.; fecerint ST.; vulgo faciam — 22. sic ut] sicut Hilgenfeld — sibi esse directam] sibi directam esse T.; directam sibi D. — pro germinabunt A. de Gutschmid geminabuntur legendum esse coniecit — 23. superaverunt D. — 24. sicut] tamquam S. — proicientur D.; prohicientur T.; vulgo proiicientur — scripsi deicientur; eicientur D.; vulgo deiicientur — 25. derelinquentur T. — colunt T. — seminat T. — 27. calcabit] conculcabit DT. — locis] in locis S. ex em. — 29. absconderunt D. — scissuris] fissuris S. — 30. derelinquentur D.; relinquentur S. — in singulis DT.; vulgo et singulis — 31. derelinquentur D.; relinquentur S. —

32 sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutantibus
domos eorum in rhomphaea. 33 et relinquetur deserta terra, et agri
eius inveterabunt, et viae eius et omnes semitae eius germinabunt
spinas, eo quod non transient homines per eam. 34 lugebunt vir-
gines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros,
lugebunt filiae earum non habentes adiutorium; 35 sponsi earum in
bello consumentur et viri earum in fame exterentur.

36 Audite vero ista et cognoscite ea servi Domini. 37 ecce
verbum Domini, excipite eum, ne eis credatis, de quibus dicit
Dominus: 38 ecce appropinquant mala et non tardant. 39 quemad-
modum praegnans cum parit in nono mense filium suum, appro-
pinquante hora partus eius ante horas duas vel tres gementes
dolores circueunt ventrem eius et prodeunte infante de ventre non
tardabunt uno puncto: 40 sic non morabuntur mala ad prodeundum
super terram, et saeculum gemet, et dolores circumtenebunt illud.
41 audite verbum, plebs mea, parate vos in pugnam et in malis
sic estote quasi advenae terrae: 42 qui vendit, quasi qui fugiat, et
qui emit, quasi qui perditurus; 43 qui mercatur, quasi qui fructum
non capiat, et qui aedificat, quasi non habitaturus; 44 qui seminat,
quasi qui non metat, sic et qui putat, quasi non vindemiaturus;
45 qui nubunt, sic quasi filios non facturi, et qui non nubunt, sic
quasi vidui: 46 propter quod qui laborant sine causa laborant.
47 fructus enim illorum alienigenae metent, et substantiam illorum
rapient, et domos evertent, et filios eorum captivabunt, quia in
captivitate et fame generant natos suos. 48 et qui negotiantur in
rapina quantum diu exornant civitates et domos suas, et posses-
siones et personas suas, 49 tanto magis zelabor eos super peccata
sua, dicit Dominus. 50 quomodo zelatur fornicariam mulier idonea

32. relinquentur T. — domos DST — romphea D.: romphea ST. — 33. deserta terra DST.: vulgo terra deserta — inveteraverunt S. a pr. m., DT. — homines] oves S.

37. eum ST.: vulgo illud — scripsi eis, libri eius — 38. tardantur S. — 39. gementes DST.; vulgo om. — circuent D.: circumiens T.: circum S.: vulgo circumeunt — prodeunte S. — tardabit S. — 40. circumtenent illum S. — 41. cf. Hebr. 11, 13. — 42. cf. 1 Cor. 7, 29—31. vendet S. — qui fugiat] qui fugiet S.: cum fugiet T. — 44. metat DS: vulgo metet — putat DS.; potat T.; vulgo vineam putat — 47. generant] generent D. — 48. rapinis T. — quantum diu] quamdiu SD. — 49. zelabor T.: vulgo adzelabor, et ita S. a pr. m., sed ex corr. zelabo — 50. fornicariam S.: vulgo fornicaria — mulier ego scripsi, libri mulierem — idonea et bona S.; vulgo idoneam et bonam —

et bona valde, [51]sic zelabitur iustitia iniquitatem cum exornat se, et accusat eam in faciem cum venerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. [52]propterea nolite similari ei nec operibus eius, [53]quoniam ecce adhuc pusillum, et tolletur iniquitas a terra et iustitia regnabit in vos. [54]non dicat peccator se non peccasse, quoniam carbones ignis comburet super caput eius qui dicit: non peccavi coram Domino et gloria ipsius. [55]ecce Dominus cognoscet omnia opera hominum, et adinventiones illorum et cogitationes illorum et corda illorum; [56]dixit enim: fiat terra, et facta est, fiat coelum, et factum est. [57]et in verbo illius stellae fundatae sunt, et novit numerum stellarum: [58]qui scrutatur abyssum et thesauros illarum, qui metitus est mare et conceptum eius, [59]qui conclusit mare in medio aquarum et suspendit terram super aquam verbo suo; [60]qui extendit coelum quasi cameram et super aquas fundavit eum, [61]qui posuit in deserto fontes aquarum et super vertices montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti ut potaret terra; [62]qui finxit hominem et posuit cor suum in medio corporis, et misit ei spiritum et vitam et intellectum [63]et spiramen Dei omnipotentis, qui fecit omnia et scrutinat omnia absconsa in absconsis terrae: [64]hic novit adinventionem vestram et quae cogitatis in cordibus vestris. vae peccantibus et volentibus occultare peccata sua. [65]propter quod Dominus scrutinando scrutinabit omnia opera eorum et traducet vos omnes; [66]et vos confusi eritis cum processerint peccata vestra coram hominibus, et iniquitates erunt quae accusatores stabunt in die illo. [67]quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram Deo et

---

51. in faciem DST.; vulgo in facie — 53. ecce DS.; vulgo om. — de terra D. — vos] nos S. — 54. cf. Prov. 25, 22. Rom. 12, 20. — se non] non se S. — super capite T. — Domino S.; deo DT.; vulgo Domino Deo — ipsius] eius D. — 55. hominis S. — 56. cf. Gen. 1, 1. — dixit enim] et dixit enim D.; om. ST. — 58. scrutat S. — abissus D.; abyssos Hilgenfeld — metitus DST.; vulgo mensus — conceptus D. a pr. m. — 59. aquam DST.; vulgo aquas — 60. cf. Ies. 40, 22. — et DST.; vulgo om. — eum] illud D. — 61. vertices DST.; vulgo verticem — eminenti DST.; vulgo eminenti petra — portaret ST. — terra DST.; vulgo terram — 62. finxit] iunxit T.; uinxit DS. — suum om. S. — et vitam DST.; vulgo vitam — 63. spiramentum S. — scrutinat] scrutat T. — absconsa omnia D.; absconsa S. — terrae] certa S. — 64. vae peccantibus et volentibus SDT.; vulgo peccantes et volentes — sua DST.; vulgo vestra — 65. scrutinabit S. ex em.; vulgo scrutinavit — eorum DST.: vulgo vestra — 67. aut] et T. —

angelis eius? [68]ecce iudex Deus, timete eum; desinite a peccatis vestris et obliviscimini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, et Deus educet vos et liberabit de omni tribulatione. [69]ecce enim incenditur ardor super vos turbae copiosae, et rapient quosdam ex vobis et cibabunt idolis occisos, [70]et qui consenserint eis erunt illis in derisum et in improperium et in conculcationem; [71]erit enim locis multis motus et in vicinas civitates exsurrectio multa super timentes Dominum. [72]erunt quasi insani nemini parcentes ad diripiendum et devastandum adhuc timentes Dominum, [73]quia devastabunt et diripient substantias eorum et de domibus suis eos eicient. [74]tunc parebit probatio electorum meorum ut aurum quod probatur ab igne.

[75]Audite, electi mei, dicit Dominus, ecce adsunt dies tribulationis, et de his liberabo vos. [76]ne timeatis nec haesitetis, quoniam Deus dux vester est. [77]et qui servant mandata et praecepta mea, dicit Dominus Deus, ne praeponderent vos peccata vestra, nec superelevent se iniquitates vestrae. [78]vae qui constringuntur a peccatis suis et obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur a silva et spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, et excluditur et mittitur ad devorationem ignis.

---

68. obliviscimini S. ex em.; obliviscemini S. a pr. m.; vulgo obliviscamini; om. T. — in sempiterno] sempiterno S. — Deus] Dominus S. — educet] educabit S.; educavit DT. — 69. super vos ardor D. — ydolos T. — occisos] occisam S. — 70. consenserunt D. — in ante improperium om. DT., ante conculcationem T. — 71. scripsi locis multis motus, codd. locis locus, sed haec sane corrupta et suspicor quaedam excidisse. A. de Gutschmid: ἔσται γὰρ χώρα ὡς χώρα. Hilgenfeld: τόποις τύπος — resurreccio D. — 72. erunt enim D. — neminem S. — 73. eorum DS.; vulgo om. — domos suas S. a pr. m., ex em. domo sua — eicient DT.; vulgo eiicient — 74. patebit D.

75. electi SD.; vulgo dilecti — dominus deus D. — assunt DT. — 76. haesitetis] esitemini S. — 77. et qui] et eorum qui D.; qui T. — servant D.; vulgo servat — mandata mea D. — Deus om. D. — nec DS.; vulgo ne.

Subscriptio: Explicit liber Ezrae quintus S.; Expliciunt libri Esdre D.

APOCALYPSIS BARUCHI.

I. Et factum est anno XXV. Iechoniae regis Iudae, factum est verbum Domini super Baruchum filium Neriae, et dixit ei: [2]vidistine quaecumque facit mihi populus iste, mala quae fecerunt duae tribus istae quae remanserunt magis, quam decem tribus quae captivae abductae fuerunt? [3]tribus enim priores a regibus suis adigebantur ad peccandum, istae duae vero ipsae adigebant et cogebant reges suos ad peccandum. [4]propter hoc ecce adduco malum super urbem istam et super habitatores eius, et auferetur a conspectu meo ad tempus, et disperdam populum istum inter gentes, ut gentibus benefaciat. [5]et populus meus castigabitur, et veniet tempus et requirent prosperitatem temporum suorum.

II. Haec autem dixi tibi, ut dicas Ieremiae et omnibus qui similes sunt vobis, ut recedatis ab urbe ista. [2]quia opera vestra sunt urbi huic tamquam columna firma, et preces vestrae tamquam murus validus.

III. Et dixi: o Dominator Domine, ideone veni in mundum, ut viderem malum matris meae? nequaquam, Domine. [2]si inveni gratiam in oculis tuis, recipe prius spiritum meum, ut abeam ad patres meos, et non spectem exitium matris meae: [3]quia duo urgent me vehementer; resistere enim tibi non possum, sed neque

---

I. 1. Erravit scriptor, nam Iechonias, etiam Ioiachin dictus, filius et successor Ioiakimi, tres tantum menses regnavit, et si cap. 6. postero die urbs a Chaldaeis oppugnata esse dicitur, hoc tum demum factum cum Sedekias iam undecim annos regnasset. errorum originem eo detexisse sibi videtur Langen l. l. p. 10., quod Iosias cum Iechonia, Ioakim cum Sedekia confusi sint. — Neriae, נֵרִיָּה, Νηρίου, cf. Ierem. 32, 12. Baruch 1, 1.

II. 2. cf. c. 14. Apoc. 5, 8. 8, 3. ss.

spectare malum matris meae potest anima mea. [4]unum autem loquar in conspectu tuo, Domine. [5]quid ergo erit post ista? si enim perdis urbem tuam, et tradis terram tuam odientibus nos, quomodo iterum memorabitur nomen Israël? [6]aut quomodo loquetur de laudibus tuis? aut cuinam explicabitur quod est in lege tua? [7]anne mundus revertetur ad naturam suam, et saeculum redibit ad silentium pristinum? [8]et recipiet se multitudo animarum, et natura hominum iterum non nominabitur? [9]et ubinam est quodcumque dixisti Moysi de nobis?

IV. Et dixit mihi Dominus: urbs ista ad tempus tradetur, et populus castigabitur aliquamdiu, et saeculum oblivioni non dabitur. [2]anne putas, quod ista sit urbs, de qua dixi: super volas manuum mearum descripsi te? [3]non ista aedificatio nunc aedificata in medio vestrum, illa est quae revelabitur apud me, quae hic praeparata fuit ex quo cogitavi ut facerem paradisum, et ostendi eam Adamo priusquam peccaret, cum vero abiecit mandatum, sublata est ab eo, ut etiam paradisus. [4]et postea ostendi eam servo meo Abrahamo noctu inter divisiones victimarum. [5]et iterum etiam Moysi ostendi eam in monte Sinai, quando ostendi ei imaginem tabernaculi et omnia vasa eius. [6]et nunc ecce custodita est apud me, sicut et paradisus. [7]ito ergo et fac quemadmodum praecipio tibi.

V. Et respondi et dixi: futurum est ergo ut succumbam in Sione, quia venient inimici tui ad istum locum, et polluent sanctuarium tuum, et in captivitatem abducent hereditatem tuam, et dominabuntur eorum quos dilexisti, et abibunt iterum in regionem idolorum suorum, et gloriabuntur ante eos. et quidnam facies nomini tuo magno? [2]et dixit mihi Dominus: nomen meum et gloria mea saeculum aeternum est eis; iudicium autem meum tempore suo custodiet ius suum. [3]et tu videbis oculis tuis, non hostes subvertere Sionem, neque comburere Ierusalem, sed iudici ministrare ad tempus. [4]tu vero vade et fac quodcumque dixi tibi. [5]et abii, et

---

III. 7. mundus] ܥܠܡܐ, ornatus, κόσμος.

IV, 3. priusquam peccaret] ܩܕܡ ܕܚܛܐ.

assumsi Ieremiam et Adu et Sariam et Iabisc et Godoliam et omnes honoratos populi, et duxi eos in vallem Cedron, et enarravi eis quidquid dictum fuerat mihi. [6]et levaverunt vocem suam et fleverunt omnes. [7]et consedimus ibi et ieiunavimus usque ad vesperam.

VI. Et factum est crastino die, et ecce exercitus Chaldaeorum circumdedit urbem, et tempore vesperae reliqui populum ego Baruch, et exivi et steti apud quercum; [2]et contristabar super Sione, et ingemiscebam super captivitate quae supervenerat populo. [3]et ecce subito spiritus fortitudinis sustulit me et extulit me supra murum Ierusalem in altum. [4]et vidi, et ecce quatuor angeli stantes super quatuor angulos urbis, tenentes unusquisque ex eis lampada ignis in manibus suis. [5]et angelus alius descendebat de coelo, et dixit eis: tenete lampades vestras, neque incendatis donec dicam vobis; [6]missus sum enim ut primum loquar terrae verbum, et deponam apud eam quod praecepit mihi Dominus altissimus. [7]et vidi eum descendisse in Sancta Sanctorum, et sumsisse inde velum, et Ephod sanctum, et propitiatorium, et duas tabulas, et vestem sanctam sacerdotum, et thuribulum, et quadraginta octo lapides pretiosos, quibus ornabatur sacerdos, et omnia vasa sancta tabernaculi. [8]et dixit terrae voce magna: terra, terra, terra, audi verbum Dei fortis, et accipe quae ego commendo tibi, et custodi ea usque ad extrema tempora, ut quando iussa fueris, ea reddas, ut non potiantur eis alienigenae: [9]quia venit tempus, ut tradatur ad tempus et Ierusalem, usquedum dicatur, ut iterum restituatur in aeternum. [10]et aperuit terra os suum, et absorbuit ea.

VII. Et post haec audivi angelum dicentem angelis qui tenebant lampades: diruite ergo et subvertite muros eius usque ad fundamenta, ne glorientur hostes et dicant: nos subvertimus murum Sionis, et incendimus locum Dei fortis. [2]et restituerunt me in locum in quo stabam antea.

V, 5. Adu, אִדּוֹ Esdr. 8, 17. — Sariam, שְׂרָיָה, Σαραίας Esr. 7, 1. 3 Esr. 5, 5. — Iabisc, יַעְבֵּץ, Ἰγαβής 1 Chron. 4, 9. 10. — Godoliam, גְּדַלְיָה, Γοδολίας 2 Regg. 25, 22. Zeph. 1, 1.; עֶדְלָיָה, Γοδολίας 1 Chron. 8, 26. 2 Regg. 11, 1. 3 Esr. 8, 33. cl. Esr. 8, 7. — de valle Cedron, קִדְרוֹן, cf. c. 21. 31. 66., cl. 1. 2 Sam. 15, 23. 1 Regg. 15, 13. 2 Regg. 23, 4.

VI, 1. intellige quercum prope Hebronem cf. c. 47. et Gen. 13, 18. 14, 13. 18, 1. LXX.

VII. 2. et restituerunt me in locum] et occupastis locum, Ceriani; codex mendose ܐܬܩܢܝܬ ܒܗ ܐܬܪܐ ܕܐܬܝܬ.

VIII. Angeli autem fecerunt sicut praecepit eis, et cum dissipassent angulos muri, vox audita est ab interiore parte templi, postquam decidit murus, dicens: [2]ingredimini hostes et venite adversarii, deseruit enim qui custodiebat domum. [3]et abii ego Baruch. [4]et factum est post haec, ingressus est exercitus Chaldaeorum, et ceperunt domum et omnia in circuitu eius, [5]et populum captivum abduxerunt, et ex eis occiderunt, et Sedeciam regem vinxerunt et miserunt ad regem Babylonis.

IX. Et veni ego Baruch et Ieremias, cuius inventum est purum cor a peccatis, qui captus non fuerat in occupatione urbis; et scidimus vestes nostras et flevimus et luximus et ieiunavimus septem diebus.

X. Et fuit post septem dies, factum est super me verbum Dei, et dixit mihi: [2]dic Ieremiae, ut vadat et confirmet captivitatem populi usque ad Babylonem; [3]tu autem mane hic in vastitate Sionis, et ego ostendam tibi post hos dies quod futurum est ut contingat in fine dierum. [4]et dixi Ieremiae sicut praecepit mihi Dominus. [5]et ipse quidem ivit cum populo, ego autem Baruch reversus sum, et sedi ante portas templi, et lamentatus sum lamentationem istam super Sione, et dixi:

[6]Beatus ille qui natus non est, aut qui natus est et mortuus est. [7]nobis vero qui vivimus vae nobis, quia vidimus tribulationes Sionis, et quod accidit Ierusalem. [8]advocabo Sirenes de mari, et vos, Lelioto, e deserto venite, et Scide et Iorure e silvis: evigilate et accingite femora vestra ad planctum, et sumite mecum lamentationes, et plangite mecum. [9]vos, agricolae, ne seminetis iterum, et tu, terra, cur das fructus frugum tuarum? retine intra te dulce-

---

X, 2. Ieremias a Iudaeis coactus in Aegyptum profectus est, sed non Babylonem, cf. Ierem. c. 43. — 3. Baruch una cum Ieremia in Aegyptum se contulit, ac dein, si Baruch 1, 1. fides est, Babylonem. — 8. verba syriaca haec sunt: أصرا كصمزلصص ضي صصا ضالصي كككنا ضي ضرحزا ألصي: صصاؤا صيوزا ضي حنصا. Ceriani: pro Sciade legatur Scide, quae vox in hoc eodem sensu est etiam in Cureton Ancient Syriac Recension of the four Gospels p. LXXXII., cf. Barhebraeus Schol. in Esaiam 13, 21. 22. 34, 14. —

dinem alimentorum tuorum. [10]et tu, vitis, cur ultra das vinum tuum? quia iterum non offeretur inde in Sione, neque iterum primitiae offerentur. [11]et vos, coeli, retinete rorem vestrum, neque aperiatis thesauros pluviae. [12]et tu, sol, retine lucem radiorum tuorum; et tu, luna, exstingue multitudinem lucis tuae. cur enim iterum orietur lux, ubi lux Sionis obscurata est? [13]et vos, sponsi, ne ingrediamini, et virgines coronis ne ornentur; et vos, mulieres, ne oretis ut pariatis: [14]laetabuntur enim magis steriles, et gaudebunt illae quae filios non habent, et illae quae filios habent contristabuntur. [15]cur enim parient in doloribus, et sepelient in gemitibus? [16]aut cur iterum filios habebunt homines, aut semen naturae eorum cur iterum nominabitur, ubi ista mater desolata est, et filii eius in captivitatem abducti sunt? [17]ex hoc nunc ne iterum loquamini de pulchritudine, neque disseratis de decore. [18]vos autem, sacerdotes, sumite claves sanctuarii, et proiicite in altitudinem coeli, et date eas Domino, et dicite: custodi domum tuam tu; nos enim ecce inventi sumus oeconomi mendaces. [19]et vos, virgines, quae netis byssum et sericum cum auro Ophir, festinate et sumite omnia et proiicite in ignem, ut afferat ea ad illum qui fecit ea, et flamma remittat ea ad illum qui creavit ea, ne potiantur eis hostes.

XI. Dico autem hoc ego Baruch contra te, Babylon: si fuisses tu prosperata, et Sion habitaret in gloria sua, dolor fuisset nobis magnus, quod esses aequalis Sioni. [2]nunc vero ecce dolor infinitus, et gemitus sine mensura, quia tu ecce prosperata es, et Sion desolata. [3]quisnam erit iudex de istis? aut cuinam conqueremur de iis quae acciderunt nobis? o Domine, quomodo sustinuisti? [4]requieverunt patres nostri sine doloribus, et iusti ecce dormiunt in terra in tranquillitate. [5]non enim noverunt angustiam istam, neque audierunt de iis quae acciderunt nobis. [6]sint tibi, terra, aures, et tibi, pulvis, cor; et ite et nuntiate in inferno, et dicite mortuis: [7]beati vos magis quam nosmetipsi, qui vivi sumus.

---

14. cf. Ies. 54, 1. Mtth. 24, 19. — 18. inventi sumus, أهلحسے. ita correxit Ceriani; codex أهحسے, invenimus.

XII. Sed hoc dicam quomodo cogito, et loquar contra te, terra, quae prosperaris. [2]non utique semper meridies urit, neque perpetui radii solis ardent. [3]ne praesumas et reputes te semper prosperatam fore et gaudentem, neque valde extollaris et opprimas. [4]certo enim in tempore suo evigilabit contra te furor qui nunc in longanimitate tanquam in frenis retinetur.

[5]Et cum haec dixissem ieiunavi septem diebus.

XIII. Et factum est post haec, ego Baruch stabam super montem Sionis, et ecce vox venit de excelsis, et dixit mihi: [2]sta super pedes tuos, Baruch, et audi verbum Dei fortis. [3]quia stupuisti de iis quae acciderunt Sioni, propter hoc servatus servaberis in finem temporum, ut sis in testimonium, [4]ut si dicant unquam urbes illae quae prosperantur: cur adduxit super nos Deus fortis retributionem istam, [5]dic eis tu et similes tui, vos qui vidistis: calamitas ista est et retributiones, quae veniunt super vos et super populum vestrum in tempore suo, ut perfecte castigentur gentes. [6]et tunc exspectabunt. [7]et si dixerint illo tempore: quando? [8]dices eis: vos qui bibistis vinum colatum, bibite etiam de faece eius, iudicium enim est Excelsi qui non respicit personas. [9]propter hoc filiis suis antea non pepercit, sed excruciavit eos sicut inimicos suos, quia peccaverunt. [10]tunc ergo castigati sunt ut veniam invenirent. [11]nunc autem vos, populi et gentes, debitores estis, quia toto hoc tempore conculcastis terram, et usi estis creatura contra fas. [12]semper enim benefaciebam vobis, et vos abnegastis beneficentiam semper.

XIV. Et respondi et dixi: ecce indicasti mihi rationem temporum, et quid futurum sit post haec, et dixisti mihi, quia populis proderit retributio quae dicta est a te. [2]et nunc scio multos esse qui peccaverunt et in prosperitate vixerunt et abierunt ex mundo, exigui autem populi superstites erunt illis temporibus, quibus dicentur verba quae dixisti. [3]et quaenam enim utilitas est in hoc, aut quidnam peius istis, quae vidimus accidisse nobis, exspectabimus ut videamus? [4]iterum autem loquar in conspectu tuo. [5]quid profecerunt illi qui scierunt ante te, et non ambulaverunt in vanitate sicut reliqui populi, et non dixerunt mortuis: date nobis vitam, sed semper timebant te et vias tuas non dereliquerunt? [6]et ecce

abrepti sunt, neque propter eos misertus es Sion. [7]et si alii inique egerunt, debitum erat Sioni, ut propter opera illorum, qui operati fuerant bona, dimitteretur ei, neque propter opera operantium iniustitiam demergeretur. [8]sed quis, Dominator Domine, assequetur iudicium tuum? aut quis investigabit profundum viae tuae? aut quis supputabit gravitatem semitae tuae? [9]aut quis poterit cogitare consilium tuum incomprehensibile? aut quis unquam ex natis invenit principium aut finem sapientiae tuae? [10]omnes nos enim similes facti sumus halitui. [11]quemadmodum enim halitus ascendit quin procedat de corde, et restinguitur, sic est natura hominum, qui non ex voluntate sua eunt, et quid erit eis in fine nesciunt. [12]iusti enim bene sperant finem, et sine timore ab hoc domicilio proficiscuntur, quia habent apud te vim operum custoditam in thesauris. [13]propter hoc etiam ipsi sine timore relinquunt mundum istum, et fidentes in laetitia sperant se recepturos mundum quem promisisti eis. [14]nobis autem vae, qui et nunc probris afficimur, et illo tempore exspectamus mala. [15]tu autem recte nosti, quid feceris de servis tuis; quia nos non possumus intelligere aliquid boni, quomodo tu sis fictor noster. [16]iterum autem loquar in conspectu tuo, Dominator Domine. [17]quando non erat mundus olim cum habitatoribus suis, cogitasti et dixisti verbo, et statim opera creaturarum steterunt in conspectu tuo; [18]et dixisti ut faceres mundo tuo hominem administratorem operum tuorum, ut cognosceretur nequaquam ipsum factum fuisse propter mundum, sed mundum propter eum. [19]et nunc video, quia mundus, qui factus est propter nos, ecce permanet, nos vero, propter quos fuit, abimus.

XV. Et respondit Dominus et dixit mihi: recte stupuisti de discessione hominum, sed non bene iudicasti de malis quae contingunt iis qui peccant; [2]et quod dixisti iustos abreptos fuisse, et impios prosperatos, [3]et quod dixisti, quod homo non novit iudicium tuum: [4]propter hoc audi et dicam tibi, et ausculta et audire te faciam verba mea. [5]bene non novisset homo iudicium meum, nisi accepisset legem, et nisi esset timor eius in intelligentia. [6]nunc

---

XIV, 6. Ceriani correxit ܐܐܫܬܒ, abrepti sunt, cf. 15, 2.; codex ܐܐܫܒ.

autem quia cum novisset fecit, et propter hoc etiam cum noscat torquebitur. [7]et de iustis quod dixisti propter eos venisse hunc mundum, imo ille quoque iterum, qui futurus est, est propter eos. [8]mundus iste enim est eis agon et molestia in labore multo; et ille ergo qui futurus est, corona in gloria magna.

XVI. Et respondi et dixi: Dominator Domine, ecce anni huius temporis parvi et mali, et quisnam potest in hoc modico acquirere illud cui non est mensura?

XVII. Et respondit Dominus et dixit mihi: apud Altissimum non computatur tempus multum, neque anni parvi. [2]quid enim profuit Adae, quod vixerit nongentos et triginta annos, et transgressus est quod iussus fuerat? [3]non ergo profuit ei multitudo temporis quod vixit, sed mortem attulit et abscidit annos eorum qui ab eo geniti sunt. [4]aut quidnam detrimenti passus est Moyses quod vixerit tantum centum et viginti annos, et quia subiectus fuit ei qui cum finxit, attulit legem semini Iacob, et lucernam illuminavit generi Israël?

XVIII. Et respondi et dixi: ille qui illuminavit, sumsit de luce, et pauci sunt qui imitati sunt illum; [2]illi multi vero, quos illuminavit, sumserunt de tenebris Adami, neque delectati sunt de luce lucernae.

XIX. Et respondit et dixit mihi: propter hoc illo tempore statuit eis testamentum et dixit: ecce posui ante te vitam et mortem, et contestatus est in eos coelum et terram; [2]sciebat enim tempus suum modicum esse, coelum vero et terram semper subsistere. [3]ipsi autem post mortem eius peccaverunt et abiecerunt, cum scirent se habere legem obiurgantem et lucem, in qua errare non poterat aliquid, orbes quoque coelestes, qui testarentur et me, et de omni quod est iudico ego. [4]tu autem ne recogites in anima tua de istis, neque affligaris de iis quae fuerunt. [5]nunc enim finis temporis, sive negotiorum, sive prosperitatis, sive ignominiae requiritur, et non initium eius: [6]quia si fuerit homo prosperatus in

---

XIX, 3. orbes quoque coelestes, أ ص مخدرة.

primordiis suis et in senectute sua probris afficiatur, obliviscitur omnem prosperitatem quam habuit; [7]iterumque si fuerit homo probris affectus in primordiis suis, et in extremis suis fuerit prosperatus, non recordatur iterum ignominiam suam. [8]et iterum audi: omne tempus istud a die quo decreta fuit mors contra eos qui praetereunt in isto tempore, si unusquisque prosperatus esset, et in fine suo in vanitatem corrumperetur, esset vanum.

XX. Propter hoc ecce dies venient, et festinabunt tempora magis quam priora, et current horae magis quam illae quae praeterierunt, et praeteribunt anni celerius quam praesentes. [2]propter hoc nunc sustuli Sionem, ut magis festinarem et visitarem mundum in tempore suo. [3]nunc ergo tene in corde tuo quodcumque praecipio tibi, et obsigna ea in penetralibus mentis tuae. [4]et tunc ostendam tibi iudicium virtutis meae et vias meas ininvestigabiles. [5]vade igitur et sanctificare septem diebus, neque edas panem, neque bibas aquam, neque loquaris alicui. [6]et postea veni ad locum istum, et revelabor tibi, et vera loquar tecum, et praecipiam tibi de ratione temporum: venient enim et non tardabunt.

XXI. Et abii inde et sedi in valle Cedron in caverna terrae, et sanctificavi animam meam ibi, et panem non comedi, neque esurivi, et aquam non bibi, neque sitivi, et fui ibi usque ad diem septimum, ut praeceperat mihi. [2]et postea veni ad locum ubi locutus fuerat mecum. [3]et fuit ad occasum solis, cepit anima mea cogitationem multam, et incepi loqui coram Forti et dixi:

[4]O qui fecisti terram audi me, qui statuisti firmamentum in plenitudine sua, et altitudinem coeli firmasti in spiritu, qui vocasti ab initio mundi quod nondum erat, et obediunt tibi: [5]tu qui aëri praecepisti nutu tuo, et quae futura sunt vidisti sicut ea quae

---

8. scripsi vanum, codex omne. Ceriani putat fortasse aliquid excidisse.

XX, 1. tempora, إضا — horae, خبرا. — 4. edidi ininvestigabiles ex emendatione; Ceriani investigabiles — 6. venient et non tardabunt, cf. infra 48, 39. Habac. 2, 3. LXX Hebr. 10, 37.

XXI. praemissa est huic capiti in codice haec inscriptio: Oratio Baruchi filii Neriae. — 4. in plenitudine sua, حصلاه —

facis: [6]qui virtutes adstantes coram te in cogitatione magna regis, et viventia sancta, quorum non est numerus, quae fecisti a saeculo, flammae et ignis, quae stant in circuitu throni tui, in indignatione regis: [7]tibi uni hoc est, ut facias statim omne quod volueris: [8]qui in numero guttas pluviae super terram pluis, et finem temporum, antequam veniant, tu solus nosti: intende in deprecationem meam. [9]tu enim solus potes sustentare omnes qui sunt, et eos qui praetereunt, et eos qui futuri sunt, eos qui peccant et eos qui iustificantur, sicut vivens ininvestigabilis; [10]tu enim solus es vivens immortalis et ininvestigabilis, et numerum hominum nosti. [11]et si in tempore multi peccaverunt, etiam alii non pauci iustificati sunt. [12]tu nosti ubi serves extremum eorum qui peccaverunt, aut finem eorum qui iustificati sunt. [13]si enim haec tantum vita esset, quae hic est omni homini, nihil esset amarius hoc. [14]quid enim prodest virtus quae in infirmitatem convertitur, aut alimentum saturitatis, quae convertitur in famem, aut pulchritudo quae deinde fit odibilis? [15]semper enim natura hominum mutatur. [16]aut nihil prout quod sumus erat enim ab initio, [aut erat prout quod] nunc non sumus, et prout quod sumus nunc, postea non permanebimus. [17]si enim paratum non fuisset, ut esset omnibus finis, in vanum esset eorum initium. [18]sed quodcunque venit a te, indica mihi, et de quacunque re rogavero te, illumina me. [19]usquequo quod corrumpitur permanebit, et usquequo tempus mortalium prosperabitur, et ad quodnam tempus qui praetereunt in mundo polluentur in improbitate multa? [20]praecipe ergo in misericordia, et perfice quidquid dixisti te adducturum esse, ut innotescat potentia tua illis qui putant longanimitatem tuam esse infirmitatem, [21]et ostende illis qui nesciunt, et viderunt quod accidit nobis et urbi nostrae hucusque, iuxta longanimitatem potentiae tuae, quia tu vocasti nos propter nomen tuum populum dilectum. [22]omnis ergo ex hoc nunc natura mortalis. [23]et in

---

6. codex ita ... — 9. scripsi ininvestigabilis hic et vs. 10.; Ceriani investigabilis — 16. codex ita ... Ceriani, qui ita vertit: „aut nihil, sicuti quod sumus, est enim ab initio, nunc non sumus", aliquid ex vocibus iisdem repetitis omissum esse recte dixit; ego quae addenda censui uncis inclusi.

crepa iam nunc angelum mortis, et appareat gloria tua, et innotescat magnitudo decoris tui, et obsignetur infernus, ne ex hoc nunc accipiat mortuos, et reddant promptuaria animarum eas quae in eis inclusae sunt. [24]multi enim sunt anni similes iis qui desolati fuerunt a diebus Abrahami et Isaaci et Iacobi et eorum omnium qui similes sunt eis, qui in terra dormiunt, propter quos dixisti creasse mundum. [25]et nunc ostende cito gloriam tuam, neque differas quod a te promissum fuit. [26]et fuit, complevi verba orationis huius, debilitatus sum valde.

XXII. Et fuit post haec, et ecce aperti sunt coeli, et vidi, et virtus data est mihi; et vox de excelsis audita est, et dixit mihi: [2]Baruch, Baruch, cur commoveris? [3]qui vadit in via nec complet eam, aut qui abit in mari, nisi perveniat in portum, potestne consolari? [4]aut qui promittit alicui se daturum ei donum, nisi tradiderit illud, nonne fraudatio est? [5]aut qui seminat terram, nisi in tempore suo metat fructus eius, nonne omnia perdit? [6]aut qui plantat plantationem, nisi creverit usque ad tempus conveniens, numquid exspectat qui eam plantavit, ut accipiat ab ea fructus? [7]aut mulier quae conceperit si pariat immature, nonne occidens occidit infantem suum? [8]aut qui aedificat domum, nisi tecto cooperiat et compleat eam, numquid potest vocari domus? dic mihi primum ista.

XXIII. Et respondi et dixi: non, Dominator Domine. [2]et respondit et dixit mihi: cur igitur commoveris de eo quod non nosti, et cur turbaris de iis, in quibus non es eruditus? [3]quomodo enim non es oblitus homines qui nunc sunt, et eos qui transierunt, sic recordor ego eos quorum memoria facta est, et eos qui venient; [4]quia quando peccavit Adam et decreta fuit mors contra eos qui gignerentur, tunc numerata est multitudo eorum qui gignerentur, et numero illi praeparatus est locus ubi habitarent viventes, et ubi custodirentur mortui. [5]nisi ergo compleatur numerus praedictus non vivet creatura, spiritus enim meus creator vitae est, et infernus excipiet mortuos. [6]et iterum est tibi, ut audias quod futurum est ut veniat post tempora ista. [7]vere enim prope est redemptio mea ut veniat, neque longe est sicut olim.

XXIV. Ecce enim dies veniunt, et aperientur libri, in quibus scripta sunt peccata omnium qui peccaverunt, et iterum etiam thesauri, in quibus iustitia eorum qui iustificati sunt in creatura collecta est. [2]erit autem illo tempore, videbis tu et multi qui tecum sunt longanimitatem Excelsi, quae fuit in omni generatione et generatione; qui longanimis erat in omnes natos qui peccabant et iustificabantur. [3]et respondi et dixi: sed ecce, Domine, nemo novit numerum rerum quae transierunt, neque earum quae futurae sunt. [4]ecce enim ego quoque quod accidit mihi scio, quod autem futurum est ut sit inimicis nostris, nescio, et quando visitabis opera tua.

XXV. Et respondit et dixit mihi: tu quoque reservaberis usque ad illud tempus signo illi quod Altissimus facturus est habitatoribus terrae in extremo dierum. [2]hoc ergo erit signum. [3]quando apprehendet stupor habitatores terrae, et incident in tribulationes multas, et iterum incident in tormenta magna. [4]et erit cum dicent in cogitationibus suis prae tribulatione sua multa: non recordatur ultra Fortis terrae; et erit cum desperabunt, tunc evigilabit tempus.

XXVI. Et respondi et dixi: num tempus multum permanebit tribulatio illa quae erit, annosne multos comprehendet necessitas illa?

XXVII. Et respondit et dixit mihi: in duodecim partes divisum est tempus illud, et unaquaeque earum reservatur illi quod constitutum est ei. [2]in parte prima initium erit perturbationum, [3]et in parte secunda occisiones procerum, [4]et in parte tertia casus multorum in mortem, [5]et in parte quarta emissio vastitatis, [6]et in parte quinta fames et prohibitio pluviae, [7]et in parte sexta terrae motus et terrores, [8]— — [9]et in parte octava multitudo phantasiarum et occursus Scide, [10]et in parte nona casus ignis,

---

XXVII, 8. quae de parte septima dicta erant casu in codice exciderunt. — 9. Scide, codex ﻣﺎﺯ, cf. 10, 8. — 10. codex ﻟﺼﺎ ﻳﻠﺼﺎ, sed ipsa prima manus Ceriano teste levi ductu videtur ? reprobasse, ut esset cadet ignis.

11et in parte decima rapina et oppressio multa, 12et in parte undecima iniquitas et incontinentia, 13et in parte duodecima confusio permistionis omnium simul quae ante dicta sunt. 14hae autem partes illius temporis reservantur, et erunt commistae una cum alia, et sibi invicem ministrabunt; 15ex semetipsis enim proficient, et ab aliis accipient, et ex semetipsis et ex aliis perficientur, ut non intelligant illi qui erunt super terram illis diebus finis illius temporum; **XXVIII.** veruntamen omnis qui attenderit tunc sapiens erit. 2mensura autem et supputatio temporis illius erunt duae partes hebdomades septem hebdomadarum.

3Et respondi et dixi: bonum esset hominem pervenire et videre, melius autem isto non pervenire, ne cadat. 4sed dicam etiam istud. 5contemnetne qui non corrumpetur ea quae corrumpentur, et quod eveniet in iis ipsis quae corrumpentur, ut tantum in ea quae non corrumpentur respiciat? 6si autem, Domine, vere futurum est ut veniant quae praedixisti mihi; si autem inveni gratiam in oculis tuis, indica mihi etiam istud: 7utrum in uno loco, aut in una ex partibus terrae futura sunt ista, an tota terra sentiet?

XXIX. Et respondit et dixit mihi: totius erit terrae quod eveniet tunc, propterea omnes qui vivent sentient. 2illo autem tempore protegam tantum eos qui reperientur illis diebus in terra ista. 3et erit postquam completum fuerit quod futurum est ut sit in illis partibus, tunc incipiet revelari Messias. 4et revelabitur Behemoth ex loco suo, et Leviathan ascendet de mari, duo cete magna quae creavi die quinto creationis, et reservavi eos usque ad illud tempus; et tunc erunt in escam omnibus qui residui fuerint. 5etiam terra dabit fructus suos unum in decem millia, et in vite una erunt mille palmites, et unus palmes faciet mille botros, et botrus unus faciet mille acinos, et unus acinus faciet corum vini. 6et qui esurierunt iucundabuntur, iterum autem videbunt prodigia quotidie. 7spiritus enim egredientur e conspectu meo ad afferendum unoquoque mane odorem fructuum aromatum, et in fine diei nubes stillantes rorem sanitatis. 8et erit illo tempore, descendet iterum desuper thesaurus manna, et comedent ex eo istis annis, quoniam ipsi sunt qui pervenerunt ad finem temporis.

XXVIII, 2. codex: ܠܬܫܒ ܡܢܗ ܡܚܕܐ ܘܡܚܕܐ ܡܚܫܒ.
XXIX, 4. cete, κήτη, cf. Gen. 1, 21. — 5. cf. Irenaeus 5, 33.

XXX. Et erit post haec, cum implebitur tempus adventus Messiae et redibit in gloria, tunc omnes qui dormierunt in spe eius, resurgent. [2]et erit illo tempore, aperientur promptuaria, in quibus custoditus erat numerus animarum iustorum, et exibunt, et apparebit multitudo animarum simul in uno coetu unius animi, et gaudebunt priores, et ultimae non contristabuntur; [3]scit enim venisse tempus, de quo dictum fuit esse finem temporum. [4]animae autem impiorum, cum videbunt omnia ista, tunc magis tabescent; [5]sciunt enim venisse supplicium eorum et advenisse perditionem eorum.

XXXI. Et fuit post haec, perrexi ego ad populum, et dixi eis: congregate mihi omnes seniores vestros, et loquar vobis verba. [2]et congregati sunt omnes in vallem Cedron. [3]et respondi et dixi eis: audi Israël, et loquar tibi, et tu, semen Iacob, ausculta, et erudiam te. [4]ne obliviscamini Sionis, sed recordamini angustias Ierusalem. [5]ecce enim dies veniunt, et assumetur in corruptionem omne quod fuit, et erit tamquam non fuerit.

XXXII. vos autem si praeparaveritis corda vestra, ut seminetis in eis fructus legis, proteget vos illo tempore, quo futurum est, ut Fortis concutiat omnem creaturam; [2]quia post modicum tempus concutietur aedificatio Sionis, ut aedificetur iterum. [3]verum non permanebit ipsa illa aedificatio, sed iterum post tempus eradicabitur, et permanebit desolata usque ad tempus. [4]et postea oportet renovari in gloria, et coronabitur in perpetuum. [5]non ergo debet nos contristare hoc omne super malo quod supervenit nunc, sicuti super aliquo quod futurum erat. [6]prae duabus autem tribulationibus maior erit agon, quando futurum est, ut Fortis innovet creaturam suam. [7]et nunc ne appropinquetis ad me usque ad paucos dies, neque visitetis me donec veniam ad vos.

[8]Et factum est, cum locutus fuissem ad eos omnia verba haec, abii ego Baruch in viam meam, cumque vidisset me populus proficiscentem, extulerunt vocem suam et eiulaverunt et dixerunt: [9]quo proficisceris a nobis, Baruch, et relinquis nos sicut pater qui relinquit filios suos orphanos, et discedit ab eis?

XXXII, 5. codex: ... ...

XXXIII. haeccine sunt mandata quae mandavit tibi socius tuus Ieremias propheta et dixit tibi: [2]prospice populo isti dum eam et confirmem reliquos fratres Babylone, contra quos exiit sententia ut in captivitatem ducantur? [3]et nunc si tu quoque reliqueris nos, melius est nobis ut moriamur cuncti in conspectu tuo, et tunc elongeris a nobis.

XXXIV. Et respondi et dixi populo: absit a me, ut relinquam vos, aut elonger a vobis, sed tantum ibo usque ad Sancta Sanctorum ut petam a Forti pro vobis et pro Sione, si forte illuminer aliquid magis; et postea revertar ad vos.

XXXV. Et ivi ego Baruch usque ad locum sanctum, et sedi super ruinas eius et flevi et dixi: [2]o oculi mei, estote scatebrae et palpebrae oculorum meorum fons lacrimarum. [3]quomodo enim ingemiscam super Sione, et quomodo lugebo super Ierusalem? [4]quia in loco isto ubi prostratus sum nunc, olim summus sacerdos offerebat oblationes sanctas, et ponebat in eo fumum thymiamatum odoramentorum suavium. [5]nunc autem facta est pulvis gloriatio nostra, et desiderium animae nostrae arena.

XXXVI. Et cum haec dixissem obdormivi ibi, et vidi in nocte visionem; [2]et ecce silva arborum plantata in campo, et circumdabant eam montes sublimes et praerupta rupium, et locum multum occupabat silva; [3]et ecce ex adverso ipsius ascendit vitis, et desub ea egrediebatur fons in tranquillitate; [4]pervenit autem ille fons usque ad silvam, et factus est in fluctus magnos, et inundaverunt fluctus silvam illam, et derepente eradicaverunt multitudinem silvae illius, et subverterunt omnes montes in circuitu eius. [5]et altitudo silvae humiliabatur, et vertex montium humiliatus fuit, et valde praevaluit fons ille, ut non relinqueret aliquid ex silva illa multa praeter unam cedrum tantum. [6]etiam hanc cum deiecisset, et multitudinem silvae illius perdidisset et eradicasset, ut nihil relinqueretur ex ea, neque locus eius cognosceretur, ipsa autem illa vitis veniebat cum fonte in quiete et tranquillitate multa, et venit usque ad locum, qui non longe erat a cedro, et cedrum deiectam admoverunt ad eam. [7]et vidi, et ecce aperuit os suum vitis illa, et locuta est et dixit cedro illi: nonne tu es cedrus, quae relicta fuisti de silva malitiae, et in manu tua perseverans

erat malitia, et exercebatur omnibus annis istis, et bonitas nunquam, [8]et invalescebas super id quod tuum non erat, neque super id quod tuum erat unquam miserta es, et extendebas potestatem tuam super eos qui longe erant a te, et eos qui appropinquabant ad te in retibus impietatis tuae detinebas, et extollebas animam tuam semper, sicuti quae non posset eradicari? [9]nunc autem festinavit tempus tuum, et venit hora tua. [10]abi ergo etiam tu, cedre, post silvam quae abiit coram te, et fias cum ea pulvis, et terra vestra misceatur simul. et recumbite nunc in angustia, et quiescite in tormento, donec veniat tempus tuum postremum, quo iterum venies, et magis torqueberis.

XXXVII. Et post haec vidi illam cedrum ardentem, et vitem crescentem, ipsam et omne quod in circuitu eius erat, campum plenum floribus immarcescibilibus. ego autem eviligavi et surrexi.

XXXVIII. Et oravi et dixi: Dominator Domine, tu omni tempore illuminas eos qui in intelligentia diriguntur. [2]lex tua est vita, et sapientia tua rectitudo est. [3]indica ergo mihi interpretationem huius visionis. [4]tu enim scis, quia anima mea omni tempore in lege tua conversabatur, et a diebus meis a sapientia tua non sum elongatus.

XXXIX. Et respondit et dixit mihi: Baruch, haec est interpretatio visionis quam vidisti. [2]quemadmodum vidisti silvam multam, quam circumdabant montes excelsi et praerupti, hoc est verbum. [3]ecce dies veniunt, et corrumpetur regnum istud quod olim corrupit Sionem, et subiicietur illi quod venturum est post ipsum. [4]iterum autem et illud post tempus corrumpetur, et surget aliud tertium, et dominabitur etiam illud tempore suo et corrumpetur. [5]et post ista surget regnum quartum, cuius potestas erit dura et mala magis quam illa quae fuerunt ante ipsum, et reget tempora multa sicuti silvae campi, et tenebit tempora, et extolletur magis quam cedri Libani. [6]et occultabitur in eo veritas, et

---

XXXVII. et omne quod in circuitu eius erat, campum plenum] ܘܟܠ ܕܒܣܒܒܘܗܝ ܗܘܐ ܚܩܠܐ ܡܠܝܐ ܘ.

XXXIX, 5. magis quam illa] ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ, Ceriani pro ܕܩܕܡ mavult legi ܕܗܠܝܢ, quam illorum —

confugient ad ipsum omnes qui inquinati sunt in iniquitate, sicut confugiunt bestiae malae et subrepunt in silvam. [7]et erit, cum appropinquaverit tempus finis eius ut cadat, tunc revelabitur principatus Messiae mei, qui similis est fonti et viti, et cum revelatus fuerit, eradicabit multitudinem congregationis eius. [8]et illud quod vidisti, cedrum excelsam, quae relicta est de illa silva, et de hoc quod cum ea locuta est vitis verba quae audisti, hoc est verbum. **XL.** dux ultimus, qui tunc reliquus erit vivus, cum vastabuntur multitudo congregationum eius, et vincietur, et adducent eum super montem Sion, et Messias meus arguet eum de omnibus impietatibus eius, et colliget et statuet in conspectu eius omnia opera catervarum eius. [2]et postea interficiet eum, et proteget reliquum populum meum qui reperietur in loco quem elegi. [3]et erit principatus eius stans in saeculum, donec finiatur mundus corruptionis, et donec impleantur tempora praedicta. [4]haec est visio tua et haec est interpretatio eius.

XLI. Et respondi et dixi: cuinam et quot erunt ista? aut quisnam dignus erit vivere illo tempore? [2]loquar autem in conspectu tuo omne quod cogito, et petam a te de iis quae meditor. [3]quia ecce video multos ex populo tuo, qui recesserunt a sponsionibus tuis, et proiecerunt a se iugum legis tuae. [4]alios autem iterum vidi qui reliquerunt vanitatem suam et confugerunt sub alas tuas. [5]quid ergo erit istis? aut quomodo recipiet eos ipsum tempus postremum? [6]an forte appensum appendetur tempus istorum, et sicut inclinabit pondus, ita iudicabuntur?

XLII. Et respondit et dixit mihi: etiam ista ego ostendam tibi. [2]quod dixisti, cuinam et quot erunt ista, iis qui crediderunt erit bonum praedictum, et iis qui contemnunt erit contrarium horum. [3]et quod dixisti de iis qui appropinquaverunt et de iis qui recesserunt, hoc est verbum. [4]illi qui antea subiecti fuerunt, et postea recesserunt et se commiscuerunt semini populorum permistorum,

---

7. principatus, codex ܡܠܟܘܬܐ.

XL, 1. congregationum eius, codex ܟܢܫܝܬܗ? — 3. principatus eius, codex ܡܠܟܘܬܐ.

horum tempus prius est, et alta cogito; [5]et eorum qui antea nescierunt, et postea noverunt vitam, et commisti sunt semini populorum, quod se segregavit, horum tempus prius, alta cogito; [6]et tempora hereditabunt tempora et horae horas, et unum ab altero accipient, et tunc fini adaequabitur omne, sicut mensura temporum, et sicut horae τῶν καιρῶν. [7]assumet enim corruptio illos qui eius sunt, et vita illos qui eius sunt. [8]et advocabitur pulvis, et dicetur ei: redde quod tuum non est, et siste omne quod custodisti ad tempus suum.

XLIII. Tu autem, Baruch, confirma cor tuum ad illud quod dictum est tibi, et intellige illa quae ostensa sunt tibi, quia sunt tibi consolationes multae aeternae. [2]abibis enim de loco isto, et transibis de regionibus quae apparent tibi nunc, et oblivisceris quidquid corrumpitur, neque recordaberis iterum eorum quae inter mortales sunt. [3]vade igitur et praecipe populo tuo, et veni in locum istum, et postea ieiuna septem diebus, et tunc veniam ad te, et loquar tecum.

XLIV. Et abii inde ego Baruch, et veni ad populum meum, et vocavi filium meum primogenitum, et Gadelios amicos meos, et septem ex senioribus populi et dixi eis: [2]ecce ego abibo ad patres meos iuxta viam universae terrae; [3]vos autem ne recedatis a via legis, sed custodite et admonete populum, qui remansit, ne recedant a praeceptis Fortis. [4]videtis enim quia iustus est ille cui servimus, neque accipit personas fictor noster. [5]et videte quod accidit Sioni, et quid evenit Ierusalem. [6]quia innotescet iudicium Fortis, et viae eius ininvestigabiles et rectae sunt. [7]si enim sustinueritis et permanseritis in timore eius, neque obliti fueritis legem eius, mutabuntur super vos tempora in bona, et spectabitis consolationem Sionis: [8]quia quod est nunc, nihil est, quod autem futurum est, ipsum est magnum valde. [9]praeteribit enim quidquid corrumpitur, et abibit quidquid moritur, et oblivioni tradetur totum

---

XLII, 5. alta cogito, sic codex non praemissa copula. Ceriani. — 6. et horae horas, codex: ܘܫܥ̈ܝܢ ܫܥ̈ܝܢ — horae τῶν καιρῶν, codex: ܕܫܥ̈ܝܢ.

XLIV, 1. et Gadelios, codex: ܘܓܕܠܝܘܣ — 6. scripsi ininvestigabiles; Ceriani investigabiles —

tempus praesens, neque memoria erit tempori praesenti, quod coinquinatum est malis. [10]qui enim currit nunc, ad vanitatem currit, et qui prosperatur, cito decidet et humiliabitur. [11]quod enim futurum est, illud desideratur, et quod postea veniet, super illo speramus; est enim tempus quod non praeteribit. [12]et veniet hora quae manebit in aeternum, et mundus novus qui eos qui in initium eius penetraverint non convertet in corruptionem, et super eos qui ibunt ad supplicium non miserebitur, et eos qui vivunt in eo non adducet ad perditionem. [13]isti enim sunt qui hereditabunt hoc tempus quod dictum est, et eorum est hereditas temporis promissi: [14]isti sunt qui disposuerunt sibi promptuaria sapientiae, et thesauri intelligentiae apud eos reperti sunt, et a misericordia non recesserunt, et veritatem legis custodierunt. [15]istis enim dabitur mundus venturus: domicilium autem reliquorum multorum in igne erit. **XLV.** Vos ergo quantum potestis cohortamini populum, quia nostri est enim hic labor. [2]si enim docueritis eos, vivificabitis eos.

XLVI. Et responderunt filius meus et seniores populi et dixerunt mihi: usque ad istiusmodi humiliavit nos Fortis, ut recipiat te a nobis cito? [2]et vere erimus in tenebris, et lux non erit populo qui relictus est. [3]ubinam enim iterum requiremus legem? aut quisnam discernet nobis inter mortem et vitam? [4]et dixi eis: contra thronum Fortis non possum resistere; veruntamen non deficiet Israël sapiens, neque filius legis generi Iacob. [5]sed tantum vos praeparate corda vestra ut obediatis legi, et subiaceatis illis qui in timore sunt sapientes et intelligentes; et praeparate animam vestram, ne sitis recedentes ab eis. [6]si enim haec feceritis, advenient vobis annuntiationes, quas praedixi vobis, neque cadetis in supplicium quod iam testificatus sum vobis. [7]de verbo autem quod assumendus eram, non indicavi eis neque filio meo.

XLVII. Et cum exissem ac dimisissem eos, abii inde et dixi eis: ecce ego vado usque Hebron; illuc enim misit me Fortis. [2]et veni ad eum locum, ubi sermo factus fuerat ad me, et sedi ibi, et ieiunavi septem diebus.

---

9. malis; Ceriani in malis.

XLVIII. Et factum est post diem septimum, oravi ante Fortem et dixi: [2]o Domine, vocas adventum temporum, et astant ante te, transfers potestatem saeculorum, neque resistunt tibi, disponis rationem temporum, et obediunt tibi. [3]tu solus noscis spatium generationum, neque revelas mysteria tua multis; [4]indicas multitudinem ignis, et levitatem spiritus ponderas; [5]investigas finem excelsorum, et profunditates tenebrarum scrutaris; [6]praecipis numero qui transit, et custoditur, et praeparas diversorium iis qui futuri sunt. [7]tu recordaris initii quod fecisti, et perditionem quae futura est non oblivisceris; [8]praecipis in nutibus timoris et indignationis flammis, et mutantur in auras, et verbo excitas quod non erat, et tenes quod nondum venit in virtute magna; [9]erudis creaturas intelligentia tua, et sapientes facis orbes coelestes, ut ministrent in ordinibus suis. [10]exercitus innumerabiles astant coram te, et ministrant in ordinibus suis quiete ad nutum tuum. [11]audi servum tuum, et intende deprecationem meam: [12]quia in modico tempore nati sumus, et in tempore modico mutamur; [13]apud te autem horae sicut tempus, et dies sicut generationes. [14]ne ergo irascaris contra hominem, quia nihil est, neque recogites opera nostra. [15]quid enim sumus nos? ecce enim dono tuo venimus in mundum, et abimus sine voluntate nostra. [16]non enim diximus patribus nostris: gignite nos, neque misimus ad infernum et diximus: recipe nos. [17]quaenam ergo virtus nostra, ut feramus iram tuam? aut quid sumus, ut sustineamus iudicium tuum? [18]tu protege nos in misericordia tua, et in miseratione tua adiuva nos. [19]respice in pusillos qui subiecti fuerunt tibi, et salva omnes appropinquantes tibi, neque auferas spem populi nostri, neque succidas tempora adiutorii nostri. [20]hic est enim populus quem elegisti, et hi sunt populus, cui non invenis similem. [21]sed loquar ante te nunc, et dicam quomodo cogitat cor meum. [22]in te confidimus, quia ecce lex tua apud nos, et scimus quia non cademus quantumcumque sanctiones tuas tenemus. [23]semper beati erimus saltem in hoc quod non commisti sumus cum gentibus. [24]omnes enim sumus unus populus nominatus, qui accepimus legem unam ab uno, et lex, quae est inter nos, adiuvabit nos, et sapientia excellens, quae est in nobis, auxiliabitur nobis.

XLVIII. praemissa est huic capiti in codice haec inscriptio: Oratio Baruchi.

[25]Et cum orassem et dixissem ista, debilitatus sum valde. [26]et respondit et dixit mihi: tu simpliciter orasti, o Baruch, et exaudita sunt omnia verba tua. [27]sed iudicium meum requirit suum, et lex mea requirit ius suum. [28]ex verbis tuis enim respondebo tibi, et ex oratione tua loquar tibi. [29]ipsum enim est istud, quod nequaquam est aliquid ille qui corrumpetur, et impie egit sicut qui potest facere aliquid, et non est recordatus benignitatem meam, et non suscepit longanimitatem meam. [30]propter hoc assumptus assumeris, sicut praedixi tibi, et venit tempus quod dixi tibi. [31]et surget illud tempus tribulatum; veniet enim et praeteribit in impetu vehementi, et conturbabitur veniens in furore indignationis. [32]et erit illis diebus, requiescent omnes habitatores terrae unus super alterum, quia nescient quia appropinquavit iudicium meum. [33]non enim multi sapientes reperientur illo tempore, et intelligentes singulares aliqui erunt; sed etiam qui scient, maxime conticescent. [34]et erunt rumores multi et nuncii non pauci, et opera phantasiarum ostendentur, et enarrabuntur promissiones non paucae, quarum aliae vanae, et aliae confirmabuntur. [35]et convertetur honor in ignominiam, et humiliabitur robur in contemptum, et dissolvetur firmitas, et pulchritudo erit in despectum. [36]et dicent multi multis illo tempore: ubinam occultavit se multitudo intelligentiae, et quo transmigravit multitudo sapientiae? [37]et dum ipsi reputabunt ista, tunc exorietur zelus in illos, de quibus non putabant, et passio comprehendet eum qui tranquillus erat, et commovebuntur multi in ira, ut noceant multis, et excitabunt exercitus ut fundant sanguinem, et cum eis in fine simul peribunt. [38]et erit illo tempore, apparebit manifeste omni homini mutatio temporum, pro eo quod omnibus istis temporibus contaminabantur et opprimebant, et ambulabant unusquisque in operibus suis, et legem Fortis non recordabantur. [39]propter hoc ignis cogitationes eorum devorabit, et in flamma examinabuntur curae rerum eorum; veniet enim iudex et non tardabit: [40]quia unusquisque ex habitatoribus terrae sciebat cum inique agebat, et legem meam non noverunt propter superbiam suam. [41]multi autem tunc flebunt vere, super viventes autem magis quam super mortuos.

[42]Et respondi et dixi: o quid fecisti Adam omnibus qui a te geniti sunt! et quid dicetur Evae primae quae serpenti obaudivit! [43]quia haec tota multitudo ivit ad tormentum, neque est numerus

---

XLVIII, 34. cf. Mtth. 24, 24. Ioseph. Antt. 20, 5, 1. 8, 6.

eis quos ignis devorat. [44]sed iterum loquar coram te. [45]tu, Dominator Domine, scis quidquid est in creatura tua; [46]tu enim olim praecepisti pulveri ut daret Adamum, et tu scis numerum eorum qui ab eo geniti sunt, et quantum peccaverunt coram te illi qui fuerunt, et non confessi sunt te factorem suum. [47]et de his omnibus finis eorum redarguet eos, et lex tua quam transgressi sunt retribuet illis die tuo. [48]nunc autem dimittamus impios, et de iustis inquiramus; [49]et narrabo beatitudinem eorum, et non tacebo gloriam eorum celebrare, quae reservata est eis. [50]vere enim sicut in tempore modico in hoc mundo, qui praeterit, in quo vivitis, laborem multum pertulistis; ita in mundo illo, cui finis non est, accipietis lucem magnam.

XLIX. Veruntamen iterum petam a te, Fortis, et petam misericordiam ab eo qui fecit omnia. [2]in quanam forma vivent viventes die tuo? aut quomodo permanebit splendor qui post illud tempus? [3]hanccine figuram huius temporis resument tunc, et ista membra vinculorum vestient, quae nunc in malis sunt, et in eis complentur mala, an forte immutabis ea quae fuerunt in mundo, sicut etiam mundum?

L. Et respondit et dixit mihi: audi, Baruch, verbum istud, et scribe in memoria cordis tui omne quod disces. [2]restituens enim restituet terra tunc mortuos quos recipit nunc, ut custodiat eos, nihil immutans in figura corum, sed sicut recepit, ita restituet eos, et sicut tradidi eos ei, ita etiam sistet eos. [3]tunc enim oportebit ostendere illis qui vivunt, quoniam vixerunt mortui, et venerunt illi qui recesserant. [4]et erit, cum cognoverint unus alterum eos quos nunc noscunt, tunc invalescet iudicium, et venient quae praedicta sunt.

LI. Et erit postquam praeterierit ille dies statutus, tunc postea immutabitur aspectus eorum qui damnati fuerint, et gloria eorum qui iustificati fuerint. [2]fiet enim aspectus eorum qui nunc impie agunt, peior quam est, ut sustineant supplicium. [3]etiam gloria eorum qui nunc iustificati sunt in lege mea, quibus erat intelligentia in vita eorum, et qui plantaverunt in corde suo radicem

---

LI, 1. aspectus eorum, ܚܙܘܬܗ recte scripsit Ceriani; codex ܐܬܝܬܗ, elatio eorum.

sapientiae, tunc glorificabitur splendor eorum in commutationibus, et convertetur figura faciei eorum in lucem decoris eorum, ut possint potiri et accipere mundum qui non moritur, tunc promissus illis. [4]in hoc enim maxime ingemiscent illi qui venient tunc, quod spreverunt legem meam, et obturaverunt aures suas, ut non audirent sapientiam, neque acciperent intelligentiam. [5]cum ergo videbunt eos, super quos nunc se extulerunt, qui tunc extollentur et glorificabuntur magis quam ipsi; et commutabuntur isti et illi, isti in splendorem angelorum, et illi ad stuporem visionum et ad visum imaginum maxime tabescent. [6]prius enim videbunt, et postea ibunt ut crucientur. [7]qui autem salvati sunt in operibus suis, et quibus fuit nunc lex spes, et intelligentia exspectatio, et sapientia fiducia, apparebunt eis mirabilia tempore suo. [8]videbunt enim mundum qui invisibilis est eis nunc, et videbunt tempus quod nunc occultatum est ab eis. [9]et iterum non veterabit eos tempus: [10]in excelsis enim illius mundi habitabunt, et assimilabuntur angelis, et aequabuntur stellis, et erunt transmutati in omnem formam, quam voluerint, ex pulchritudine in speciositatem, et ex luce in splendorem gloriae. [11]expandentur enim in conspectu eorum latitudines paradisi, et ostendetur eis pulchritudo maiestatis viventium, quae sunt sub throno, et omnes militiae angelorum, qui nunc detinentur verbo meo, ne videantur, et detinentur praecepto, ut consistant in locis suis donec veniat adventus eorum. [12]excellentia autem erit tunc in iustis magis quam ea quae in angelis. [13]excipient enim primi novissimos, illos quos exspectabant, et novissimi eos quos audiebant praeteriisse; [14]liberati enim sunt ex mundo isto tribulationis, et deposuerunt pondus angustiarum. [15]in quo ergo perdiderunt homines vitam suam, et quocum commutaverunt animam suam illi, qui fuerunt in terra? [16]tunc enim elegerunt sibi tempus istud, quod expers angustiarum praeterire non potest, et elegerunt sibi tempus cuius exitus pleni sunt gemitibus et malis, et abnegaverunt mundum, qui non veterat eos qui perveniunt ad eum, et reiecerunt tempus et gloriam, ne pervenirent ad honorem quem praedixi tibi.

LII. Et respondi et dixi: quomodo obliviscuntur illi, quia tunc vae servatum est eis? [2]et cur ergo lugemus iterum eos, qui moriuntur? aut cur flemus eos qui abeunt in infernum? [3]reser-

15. cf. Mtth. 16, 25. s.

ventur lamentationes initio illius tormenti futuri, et reponantur lacrymae ad adventum exitii temporis illius. [4]sed etiam econtra haec loquar. [5]et iusti quid facient nunc? [6]delectamini in passionibus quas patimini nunc. cur enim respicietis in declinationem inimicorum vestrorum? [7]disponite animam vestram iis quae vobis reservata sunt, et praeparate animas vestras mercedi, quae reposita est vobis. [8]et cum haec dixissem, obdormivi ibi.

LIII. Et vidi visionem; et ecce nubes una ascendebat de mari magno valde, et intuebar eam, et ecce plena erat aquis albis et nigris, et colores multi erant in aquis istis, et tamquam similitudo fulguris magni apparebat in extremitate eius. [2]et vidi nubem illam quae transibat velociter in cursibus celeribus, et cooperuit totam terram. [3]et factum est post haec, inceperat nubes illa pluere super terram aquas quae erant in ipsa. [4]et vidi non unam esse similitudinem aquarum quae descendebant de ea. [5]primum enim initium nigrae erant valde usque ad tempus, et postea vidi aquas fieri lucidas, sed non erant multae, et postea iterum vidi nigras, et postea iterum lucidas, et iterum nigras, et iterum lucidas. [6]hoc autem factum est usque ad duodecim vices, sed nigrae plures erant semper quam lucidae. [7]et fuit in fine nubis, et ecce pluit aquas nigras, et tenebrosae erant magis quam omnes aquae priores, et ignis mistus erat in eis, et ubi descendebant aquae illae, afferebant corruptionem et exitium. [8]et vidi post haec fulgur, quod videram in extremitate nubis, quod eam apprehendit et detraxit usque ad terram. [9]maxime autem illuxerat fulgur illud, ita ut illuminaret totam terram, et sanavit illas regiones, ubi descenderant aquae postremae et perniciem attulerant. [10]et occupabat totam terram et dominatum est eius. [11]et vidi post haec, et ecce duodecim fluvii ascendebant de mari, et circumdabant illud fulgur, et subiiciebantur ei. [12]et ego prae timore meo evigilavi.

LIII, 5. primum enim initium, codex: ܩܕܡܝܬܐ ܒܗ ܫܪܝܪܬܐ.

LIV. Et postulavi a Forti et dixi: tu, Domine, solus praenoscis excelsa aevi, et quod in temporibus contingit adducis verbo tuo, et contra opera habitatorum terræ acceleras initia temporum, et finem horarum tu solus noscis; [2]cui nihil difficile est, sed prompte nutu facis; [3]ad quem profunda sicut excelsa conveniunt, et initia saeculorum verbo tuo ministrant; [4]qui revelat timentibus se quod paratum est eis, ut abhinc consoletur eos; [5]indicas fortitudines illis qui nesciunt, disrumpis sepem illis qui sunt ignari, et illuminas tenebrosa et revelas abscondita immaculatis, qui in fide subiecerunt se tibi et legi tuae: [6]tu ostendisti servo tuo visionem hanc, aperi mihi etiam interpretationem eius. [7]scio enim, quod de iis quae postulavi a te, accepi responsum, et de eo quod postulavi, revelasti mihi, et indicasti mihi quanam voce laudarem te, aut ex quibus membris ascendere facerem ad te hymnum et laudationem. [8]si enim essent membra mea ora, et capilli capitis mei voces, neque ita possem reddere tibi laudem, aut celebrare te sicut decet, neque laudem tuam possem enarrare, aut dicere magnificentiam decoris tui. [9]quid enim ego sum inter homines, aut quid computor ego cum eis qui praestantiores me sunt, quia audivi mirabilia ista omnia ab Altissimo, et annuntiationes infinitas ab eo qui me creavit? [10]beata mater mea in genitricibus, et laudabitur in mulieribus genitrix mea. [11]ego autem non tacebo laudare Fortem, sed voce laudis enarrabo mirabilia eius. [12]ecquis enim assimilabitur in mirabilibus tuis, Deus, aut quis comprehendet cogitationem tuam profundam vitae? [13]quia tu consilio tuo gubernas omnes creaturas quas creavit dextera tua, et tu omnem fontem lucis apud te constituisti, et thesaurum sapientiae subtus thronum tuum praeparasti. [14]et iuste pereunt illi, qui non dilexerunt legem tuam, et tormentum iudicii excipiet eos qui sub-

LIV. huic capiti in codice haec praemissa est inscriptio: Oratio Baruchi — 10. cf. Luc. 1, 42. — 12. cogitationem tuam profundam vitae, codex: ܡܚܫܒܬܐ ܕܚܟܡܬܐ ܕܝܠܟ ; — 13. scripsi thesaurum; Ceriani thesauri —

iecti non fuerunt potestati tuae. [15]si enim Adam prior peccavit, et attulit mortem super omnes immaturam; sed etiam illi qui ex eo nati sunt unusquisque ex eis praeparavit animae suae tormentum futurum: et iterum unusquisque ex eis elegit sibi gloriam futuram. [16]certo enim qui credit recipiet mercedem. [17]nunc autem convertite vos ad corruptionem, impii qui nunc estis, quia velociter visitabimini, quod aliquando reiecistis vos intelligentiam Altissimi. [18]non enim docuerunt vos opera eius, neque persuasit vobis artificium creaturae eius quod est semper. [19]non est ergo Adam causa, nisi animae suae tantum; nos vero unusquisque fuit animae suae Adam. [20]tu autem, Domine, ea quae revelasti mihi, declara mihi, et de eo quod postulaverim a te, indica mihi. [21]in fine enim saeculi vindicta erit de iis, qui improbe egerunt, iuxta improbitatem eorum, et glorificabis fideles iuxta fidem eorum; [22]eos enim qui in tuis sunt, tu gubernas, et eos qui peccant deles a tuis.

LV. Et factum est cum consummassem loqui verba orationis huius, sedi ibi subtus arborem, ut requiescerem in umbra ramorum eius. [2]et admirabar et stupebam et recogitabam in cogitationibus meis de multitudine bonitatis, quam reiecerunt a se peccatores qui sunt super terram, et de tormento multo, quod contemserunt, cum scirent quod torquerentur eo quod peccant. [3]et cum ista et similia eis cogitarem, et ecce missus est ad me Ramiel qui praeest visionibus veritatis, et dixit mihi: [4]cur conturbat te cor tuum, Baruch, et cur commovet te cogitatio tua? [5]si enim cum auditionem audisti tantum de iudicio, ita commotus es, quid cum videbis eum oculis tuis manifeste? [6]et si ex exspectatione qua exspectas diem Fortis, ita dissolutus es, quid cum progredieris ad adventum eius? [7]et si ad verbum nuntii tormenti eorum, qui insipientes fuerunt, hoc totum turbatus es, quanto magis quando ipsum factum revelabit mirabilia? [8]et si auditiones bonorum et malorum, quae venient tunc, audivisti et angustiatus es, quid cum videbis quod revelabit maiestas, quod hos redarguet, et illos laetificabit?

15. prior, codex: ܩܕܡܝܐ — super omnes immaturam, codex: ܥܠ ܟܠ ܕܠܐ ܒܥܝܢ ; primum Ceriani transtulit: super omnes qui tempore eius non erant.

LV, 5. codex: ܐ ܒܗ ܡܢ ܡܢܝ ܕܐܡܪ ܠܝ ܒܗ. post ܒܗ excidisse ܡܢ recte dixit Ceriani.

LVI. Veruntamen quia postulasti ab Altissimo, ut revelaret tibi interpretationem visionis quam vidisti, missus sum ego ut dicam tibi: [2]quia indicans indicavit tibi Fortis rationes temporum quae praeterierunt, et quae futurum est ut praetereant in mundo eius ab initio creaturarum eius et usque ad consummationem eius, eorum quae in fraude, et eorum quae in veritate. [3]quemadmodum enim vidisti nubem magnam, quae ascendit de mari, et abiit et cooperuit terram, hoc est longitudo saeculi quam fecit Fortis, cum cogitavit facere saeculum. [4]et fuit, cum exisset verbum a conspectu eius, steterat longitudo saeculi aliquid parvi, et constituta est iuxta multitudinem intelligentiae eius qui misit illam. [5]et quemadmodum vidisti prius in principio nubis aquas nigras quae prius descenderunt super terram, ipsa est praevaricatio qua praevaricatus est Adam homo primus. [6]quia enim cum transgressus esset, mors, quae non erat tempore eius, fuit, et luctus nominatus est, et angustia parata est, et dolor creatus est, et labor perfectus est, et iactantia coepit stabiliri, et infernus postulare ut innovaretur in sanguine, et susceptio filiorum fuit, et fervor parentum factus est, et magnitudo humanitatis humiliata est, et benignitas elanguit: [7]quid ergo nigrius aut tenebrosius istis poterat esse? [8]hoc est initium aquarum nigrarum quas vidisti. [9]et ex istis nigris iterum nigrae gignebantur, et tenebrae tenebrarum factae sunt. [10]ipse enim animae suae fuit periculum; etiam angelis fuit periculum. [11]adhuc enim illo tempore, quo creatus fuit, erat eis libertas; [12]et descenderunt ex eis, et commisti sunt cum mulieribus. [13]et tunc illi qui sic operati sunt, in vinculis cruciati sunt. [14]reliqua autem multitudo angelorum, quibus non erat numerus, se continuerunt. [15]et illi qui habitabant in terra perierunt simul per aquas diluvii. [16]istae sunt aquae primae nigrae.

LVI, 4. et constituta est, codex: ܐܬܬܝܣ. hoc iudice Ceriano sive errore, sive varia orthographia pro ܐܬܬܣܝ legitur. — 6. quae non erat tempore eius, codex: ܕܠܐ ܗܘܬ ܒܙܒܢܗ; — 14. codex: ܕܠܐ ܗܘ ܠܗܘܢ ܡܢܝܢܐ, quibus erat numerus; sed post ܡܢܝܢܐ excidisse ܠܐ Ceriani recte coniecit; tu cf. 59, 11.

LVII. Et post has vidisti aquas lucidas; hic est ortus Abrahami, generationes quoque eius et adventus filii eius, et filii filii eius, et eorum qui similes sunt eis: [2]quia illo tempore non scripta lex apud eos nominabatur, et opera praeceptorum tunc complebantur, et fides iudicii futuri tunc gignebatur, et spes mundi qui innovabitur, tunc aedificabatur, et promissio vitae quae postea veniet, plantabatur. [3]hae sunt aquae lucidae quas vidisti.

LVIII. Et aquae tertiae nigrae quas vidisti, haec est permistio omnium peccatorum, quae postea patraverunt gentes post mortem illorum iustorum, et improbitas terrae Aegypti, qua improbe agebant in subiectione, qua subiiciebant filios illorum. [2]veruntamen etiam ipsi perierunt demum.

LIX. Et aquae quartae lucidae quas vidisti, hic est adventus Moyseos, et Aaronis, et Mariae, et Iesu filii Nun, et Calebi et omnium illorum qui similes eis. [2]illo enim tempore lucerna legis aeternae illuxit omnibus qui sedebant in tenebris, quae credentibus annuntiaret promissionem mercedis eorum, et incredulis tormentum ignis reservatum eis. [3]sed et coeli illo tempore receperunt se a loco suo, et qui erant sub throno Fortis commoti sunt, quando receperat Moysen apud se. [4]indicavit enim ei illustrationes multas cum institutis legum et fine temporis, sicut etiam tibi, item autem similitudinem Sionis et mensuras eius, quae facienda erat in similitudinem sanctuarii huius temporis. [5]sed etiam tunc ostendit ei mensuras ignis, profunditates quoque abyssi, et pondus ventorum, et numerum guttarum pluviae, [6]et apprehensionem irae, et multitudinem longanimitatis, et firmitatem iudicii, [7]et radicem sapientiae, et divitias intelligentiae, et fontem scientiae, [8]et altitudinem aëris, et magnitudinem paradisi, et finem saeculorum, et initium diei iudicii, [9]et numerum oblationum, et terras quae nondum venerunt, [10]et os gehennae et statum vindictae, et regionem fidei, et locum spei, [11]et similitudinem tormenti futuri, et multitudinem angelorum, quibus non est numerus, et virtutes flammae, et splendorem fulgurum, et vocem tonitruum, et ordines principatus angelorum, et promptuaria lucis, et mutationes temporum, et investigationes legis. [12]hae sunt aquae quartae lucidae quas vidisti.

LX. Et aquae quintae nigrae quas vidisti pluere, istae sunt opera quae operabantur Amorrhaei et incantationes magiarum, quas faciebant, et flagitia mysteriorum eorum, et permistio contaminationis eorum. [2]sed et Israël contaminavit se tunc peccatis diebus iudicum, quando videbant signa multa quae erant ab eo qui fecit illos.

LXI. Et aquae sextae lucidae quas vidisti, istud est tempus quo natus est David et Salomon. [2]et fuit illo tempore aedificatio Sionis, et dedicatio sanctuarii, et effusio sanguinis multi populorum qui peccaverunt tunc, et oblationes multae quae oblatae sunt tunc in dedicatione sanctuarii. [3]et tranquillitas et pax illo tempore existebat, [4]et sapientia in coetu audiebatur, et divitiae intelligentiae in congregationibus magnificabantur, [5]et festa sanctitatis in bonitate et in laetitia multa complebantur, [6]et iudicium rectorum tunc sine fraude videbatur, et iustitia praeceptorum Fortis in veritate perficiebatur, [7]et terra quia dilecta erat tunc illo tempore, et quia non peccabant habitatores eius, prae omnibus terris glorificabatur, et Sion civitas tunc dominabatur super omnes terras et regiones. [8]hae sunt aquae lucidae quas vidisti.

LXII. Et aquae septimae nigrae quas vidisti, haec est perversio cogitationis Ieroboami, qui cogitavit facere duos vitulos aureos, [2]et omnes iniquitates quas inique perpetrarunt reges qui fuerunt post eum, [3]et exsecratio Iezabelis, idololatria quam exercuit Israël illo tempore, [4]et prohibitio pluviae, et fames quae fuerunt usque adeo ut ederent mulieres fructus ventrum suorum, [5]et tempus captivitatis eorum, quod supervenit novem tribubus et dimidiae, quia erant in peccatis multis. [6]et venit Salmanasar rex Assyriorum, et captivos abduxit eos. [7]de gentibus autem nimis est dicere quantum impie et improbe agerent semper, et nunquam iustificatae sunt. [8]hae sunt aquae septimae nigrae quas vidisti.

LXII, 6. Salmanasar, codex ܫܠܡܢܣܪ, ita etiam Syr. 4 Esdr. 13, 40.

LXIII. Et aquae octavae lucidae quas vidisti, haec est probitas et rectitudo Ezechiae regis Iudae, et bonitas eius quae supervenit ei. [2]cum enim commotus est Sennacherib ut periret, et ira eius conturbabat eum quomodo periret — etiam multitudo enim populorum quae erat cum eo. [3]cum autem audisset Ezechias rex ea quae cogitabat Assyrius rex, ut veniret et caperet eum et perderet populum eius, duas tribus et dimidiam quae remanserant; imo etiam Sionem volebat destruere: tunc confisus est Ezechias in operibus suis, et speravit in iustitia sua, et locutus est cum Forti et dixit: [4]vide, quia ecce paratus est Sennacherib perdere nos, et erit superbiens seque extollens, cum perdiderit Sionem. [5]et exaudivit eum Fortis, sapiens enim erat Ezechias, et respexit in deprecationem eius, quia iustus erat. [6]et praecepit tunc Fortis Ramiel angelo suo, qui loquitur tecum; [7]et exivi et perdidi multitudinem eorum, quorum erat solum numerus principum centum octoginta quinque millia, et unusquisque eorum habebat pariter in numero. [8]et illo tempore comburebam corpora eorum interius, vestimenta autem et arma exterius servabam, ut magis mirabilia Fortis apparerent, et quomodo diceretur nomen eius in universa terra. [9]salvata est autem Sion, et Ierusalem erepta, Israël quoque liberatus est a tribulationibus. [10]et gavisi sunt omnes qui erant in terra sancta, et glorificatum est nomen Fortis ut diceretur. [11]hae sunt aquae lucidae quas vidisti.

LXIV. Et aquae nonae nigrae quas vidisti, ista est universa impietas quae fuit diebus Manassis filii Ezechiae: [2]quia impie egit valde, et iustos occidit, et iudicium declinavit, et sanguinem innocentem fudit, et mulieres nuptas violenter polluit, et evertit altaria, et oblationes eorum abolevit, et sacerdotes ciecit ne ministrarent in sanctuario. [3]et fecit simulacrum quinque facierum; quatuor ex

---

LXIII, 1. Ceriani: codex primo ܘܠܝܩܪܗ, et gratia eius, nunc ex rasura ܘܠܝܩܪܗ, et bonitas eius. — 2. locus est corruptus, in codice quaedam exciderunt. verba syriaca, quae Ceriani attulit, haec sunt: ... — 4. Sennacherib, codex ܣܠܝܙܒ — 7. famam eundo crescere ex hoc loco intelligi potest, cf. 2 Regg. 19, 35. Ies. 37, 36. 2 Chron. 32, 21.

eis respiciebant ad quatuor ventos, et quinta super summitatem simulacri quasi adversus zelum Fortis. [4]et tunc exiit ira e conspectu Fortis ut eradicaretur Sion, sicut etiam contigit diebus vestris. [5]sed etiam contra duas tribus et dimidiam exiit sententia, ut etiam ipsae captivae abducerentur, sicut vidisti nunc. [6]et usque adeo multiplicata est impietas Manassis, ut laudem Altissimi removeret a sanctuario. [7]propter hoc Manasses hoc tempore vocatus est impius, et in extremo in igne fuit habitatio eius; [8]licet enim exaudita fuerit precatio eius apud Altissimum, in extremo quando decidit in equum aeneum, et liquefactus est equus aeneus, et fuit ei signum ad horam: [9]non enim perfecte vixit, neque enim dignus erat, — sed ut ex hoc tempore sciret a quonam in extremo esset torquendus; [10]qui enim potest benefacere, etiam torquere potest. **LXV.** sic autem impie agebat ipse Manasses, et cogitabat tempore suo quasi ac futurum non esset, ut Fortis inquireret ista. [2]hae sunt aquae nigrae nonae quas vidisti.

LXVI. Et aquae decimae lucidae quas vidisti, ipsa est puritas generationum Iosiae regis Iudae, qui illo tempore solus subditus erat Forti ex toto corde suo et ex tota anima sua. [2]et ipse purgavit terram ab idolis, et sanctificavit omnia vasa quae polluta fuerant, et oblationes restituit altari, et exaltavit cornu sanctorum, et extulit iustos, et glorificavit omnes sapientes in intelligentia, et reduxit sacerdotes ad ministerium eorum, et delevit et removit incantatores et magos et hariolos a terra. [3]neque solum impios qui vivi erant, occidit, et ossa quoque illorum qui mortui erant extraxerunt de sepulchris et combusserunt ea in igne. [4]et festum et sabbata constituit in sanctitatibus suis, et pollutos combussit in igne, et prophetas mendaces, qui decipiebant populum, etiam istos combussit in igne, et populum, qui auscultabat illis dum viverent, proiecit eos in vallem Cedron, et congessit

---

LXIV, 7. de Manasse rege v. quae dixi in l. Kurzgefasstes exegetisches Handbuch zu den Apokryphen des A. T. I. p. 157. s. peculiaris est huius scriptoris sententia, Manassis preces a Deo quidem exauditas, ipsum vero damnatum esse. — 9. dignus erat] „aliqua omissio intercedit in codice“ Ceriani.

LXVI, 4. Ceriani: „et populum, ܘܠܥܡܐ; nisi quid omissum, corrigendum ܘܠܥܡܐ et populus.“ non assentior, codicis lectio sana est.

super eos lapides. [5]et zelavit zelum Fortis ex tota anima sua, et firmus fuit solus in lege illo tempore, ut non relinqueret aliquem incircumcisum, aut qui impie ageret in tota terra, omnibus diebus vitae suae. [6]hic est autem qui recipiet mercedem aeternam, et ipse glorificabitur apud Fortem magis quam multi tempore novissimo. [7]propter hunc enim et propter eos qui similes illi, creata et praeparata est gloria honoranda, quae dicta est tibi antea. [8]hae sunt aquae lucidae quas vidisti.

LXVII. Et aquae undecimae nigrae quas vidisti, haec est calamitas quae contingit nunc Sioni. [2]putasne non esse angustiam ipsis angelis coram Forti, quod sic tradita est Sion, et quod ecce gentes gloriantur in cordibus suis, et turbae coram idolis suis, et dicunt: conculcata est illa quae tempore multo conculcavit, et subiugata est illa quae subiugabat? [3]putasne quod in istis laetetur Altissimus, aut nomen eius glorificetur? [4]sed quid erit iudicio eius iusto? [5]veruntamen post haec comprehendentur in tribulatione illi qui dispersi fuerunt inter gentes, et in ignominia habitabunt in quovis loco: [6]quia quantum Sion tradita est, et Ierusalem vastata, et idola in civitatibus gentium prosperantur, et vapor fumi odoramentorum iustitiae ex lege extinctus est a Sione, et in regione Sionis in omni loco ecce fumus impietatis est in eo. [7]sed surget rex Babylonis qui destruxit nunc Sionem, et gloriabitur super populo, et loquetur magna in corde suo coram Altissimo. [8]etiam ipse autem in novissimo cadet. [9]hae sunt aquae nigrae.

LXVIII. Et aquae duodecimae lucidae quas vidisti, hoc est verbum. [2]veniet enim tempus post haec, et decidet populus tuus in calamitatem, ut periclitentur ut pereant omnes simul; [3]veruntamen salvabuntur, et inimici eorum coram eis cadent. [4]et erit eis aliquando laetitia multa. [5]et illo tempore post modicum iterum aedificabitur Sion, et constituentur iterum oblationes eius, et sacerdotes revertentur ad ministerium suum, et iterum venient gentes ut glorificent eam; [6]veruntamen non plene sicut in initio: [7]sed erit post haec, erit ruina gentium multarum. [8]hae sunt aquae lucidae, quas vidisti.

LXVII, 6. „in eo, sic codex ܒܗ in relatione ad ܒܟܠ ܐܬܪ in omni loco.“ Ceriani.

LXIX. Aquae enim aliae quas vidisti, quae nigrae erant prae omnibus quae ante eas, illae quae fuerunt post numerum duodecimum, quae collectae erant simul, totius sunt mundi. [2]divisit enim Altissimus ab initio, quia ipse solus scit quod futurum est ut contingat. [3]flagitia enim impietatum quae futurum erat ut essent in conspectu eius, praevidit modos earum sex, [4]et operum bonorum iustorum, quae futurum erat ut perficerentur in conspectu eius, praevidit modos eorum sex, praeter ea quae futurum est ut faciat in fine saeculi. [5]propter hoc non aquae nigrae cum nigris, neque lucidae cum lucidis; finis est enim.

LXX. Audi ergo interpretationem aquarum nigrarum postremarum, quae futurum est ut veniant post nigras; hoc est verbum. [2]ecce dies venient, et erit cum maturuerit tempus saeculi, et venerit messis seminum eius malorum et bonorum, adducet Fortis super terram et habitatores eius, et super gubernatores eius conturbationem spirituum et stuporem cordis, [3]et odient invicem, et se provocabunt invicem ad pugnam, et dominabuntur ignominiosi honoratorum, et extollentur exigui super gloriosos, [4]et tradentur multi paucis, et dominabuntur illi, qui nihil erant, super validos, et abundabunt pauperes super divites, et exaltabuntur impii super heroas, [5]et silebunt sapientes, et stulti loquentur, neque confirmabitur tunc cogitatio hominum neque consilium Fortis, neque confirmabitur spes sperantium. [6]erit autem, cum fuerint quae praedicta sunt, cadet permistio in omnes homines, et ex iis in proelio cadent, et ex iis in angustiis peribunt, et ex iis ab illis qui eorum sunt impedientur. [7]manifestabit autem Altissimus illis populis, quos antea paravit, et venient et proeliabunt cum ducibus qui reliqui fuerint tunc. [8]et erit, quicumque evaserit a bello, in terrae motu morietur, et qui evaserit a terrae motu in igne comburetur,

---

LXIX, 1. „aliae أخرى, sed si legatur أخيرة, quod vix differt in forma literae iud, erit postremae, quod probabile ex contextu.“ Ceriani — 4. scripsi praevidit, رأى, uti correxit Ceriani; codex سأى, praevidet — ut faciat, codex يصنع.

LXX, 8. „deficiet, codex لصحف, addet, male ut patet pro لصحف.“ Ceriani.

et qui evaserit ab igne in fame deficiet. [9]et erit, quicumque evaserit et effugerit ab omnibus istis praedictis ex eis qui vicerunt et victi fuerunt, tradentur in manus servi mei Messiae. [10]devorabit enim omnis terra habitatores suos. **LXXI.** terra autem sancta miserebitur super suos, et proteget habitatores suos illo tempore. [2]haec est visio quam vidisti, et haec est interpretatio eius. [3]veni autem ego, ut dicerem tibi ista, quia exaudita est postulatio tua apud Altissimum.

LXXII. Audi autem et de aquis lucidis, quae futurum est ut sint in fine post has nigras; hoc est verbum. [2]postquam venerint signa quae dicta sunt tibi antea, quando conturbabuntur gentes, et veniet tempus Messiae mei, et advocabit omnes gentes, et ex eis vivificabit, et ex eis interficiet. [3]haec ergo supervenient gentibus illis quae futurum est ut vivant ab eo. [4]omnis populus qui non noscit Israël, neque conculcavit semen Iacob, ipse est qui vivet; [5]et hoc, quia subiicientur ex omnibus gentibus populo tuo. [6]omnes illi autem qui dominati sunt vobis, aut noverunt vos, isti omnes in gladium tradentur.

LXXIII. Et erit postquam humiliaverit quodcumque est in mundo, et sederit in pace in aeternum super throno regni sui, tunc revelabitur in iucunditate, et tranquillitas apparebit; [2]et tunc sanitas erit descendens in rore, et infirmitas recedet, et sollicitudo et angustia et gemitus transibunt ab hominibus, et perambulabit gaudium in universa terra. [3]neque iterum morietur immaturus, neque subito continget adversitas ulla. [4]et iudicia et accusationes

---

LXXII, 5. cf. Apoc. 7, 9.

LXXIII, 2. „in rore, codex ܪܘܫ̈ܐ, ܪܘܫ̈ vero non umbra hic reddendum, nec erroris insimulandus codex, sed rara est forma scriptionis pro ܪܘ̈ܫ, ܪܘ̈ܫ ros, quae occurrit etiam Iob 29, 19., ubi Barhebraeus quidem (schol. in h. l.) amanuensis errorem suspicatur, sed illum veteris orthographiae vidi et alibi rationem nullam habere. Eadem ratione ܪ̈ fluctus in singulari, in ep. Baruch apocrypha ed. Lagarde p. 90. l. 14., itemque in exemplari altero nostri codicis, sed ܪ̈ noster codex infra 82, 8., et codex Ambrosianus A. 145. inf. ܪ̈. Item ܪ̈ Iob Hexapl. 11, 16. text. et marg.“ Ceriani.

et contentiones et vindictae et sanguis et cupiditates et invidia et odium et quaecumque his similia in damnationem abibunt, cum sublata fuerint. [5]ipsa enim sunt quae hunc mundum impleverunt malis, et propter ista valde conturbata erat vita hominum. [6]et venient ferae e silva, et ministrabunt hominibus; et aspides et dracones exibunt e foveis suis ut se subiiciant parvulo. [7]et mulieres tunc iterum dolorem non habebunt cum parient, neque torquebuntur cum dabunt fructus uteri.

LXXIV. Et erit illis diebus, non fatigabuntur messores, neque laborabunt aedificantes; sponte enim erunt currentia opera cum illis qui faciunt ea in tranquillitate multa: [2]quia tempus illud finis est illius quod corrumpitur, et initium illius quod non corcumpitur. [3]ideo ea quae praedicta sunt, illo erunt; ideo longe est a malis, et prope iis quae non moriuntur. [4]hae sunt aquae lucidae postremae quae venerunt post aquas nigras postremas.

LXXV. Et respondi et dixi: quis assimilabitur, Domine, bonitati tuae? est enim incomprehensibilis. [2]aut quis scrutabitur miserationes tuas, quae sunt infinitae? [3]aut quis comprehendet intelligentiam tuam? [4]aut quis poterit enarrare cogitationes mentis tuae? [5]aut quis ex natis sperabit se venturum ad ista, nisi ille cui tu miserearis et benignus sis? [6]quia nisi miserans misertus fueris hominum, illi qui sub dextera tua sunt, non possunt pervenire ad ista, sed illi qui sunt in numeris nominatis possunt vocari. [7]nos autem qui subsistimus, si noverimus propter quod venimus, et subiecerimus nos ei qui eduxit nos de Aegypto, iterum veniemus et recordabimur eorum quae transierunt, et gaudebimus de eo quod fuit. [8]nisi autem noverimus nunc propter quid venimus, neque agnoverimus principatum illius, qui ascendere nos fecit de Aegypto, veniemus iterum, et requiremus ea quae fuerunt nunc, et contristabimur in doloribus super ea quae contigerunt.

LXXVI. Et respondit et dixit mihi: quia declarata est tibi revelatio visionis huius sicut orasti, audi verbum Altissimi, ut scias quod futurum est ut contingat tibi post ista: [2]quia discedens discedes ab hac terra, veruntamen non ad mortem, sed ad reservationem temporum. [3]ascende igitur verticem montis istius, et transibunt in conspectu tuo omnes regiones terrae istius, et

---

LXXVI, 3. cf. Deuter. 34, 1. ss. Mtth. 4, 8. Apoc. 21, 10.

figura orbis, et vertex montium, et profundum vallium, et profunda maris, et numerus fluviorum, ut videas quod relinquis, et quo vadis. [4]hoc autem continget post quadraginta dies. [5]nunc ergo diebus istis vade et doce populum quantum vales, ut discant, ne moriantur tempore novissimo, sed discant, ut vivant temporibus novissimis.

LXXVII. Et abii ego Baruch inde, et veni apud populum, et congregavi eos a maximo ad minimum et dixi eis: [2]audite, filii Israël, videte quot remanseritis ex duodecim tribubus Israël. [3]vobis autem et patribus vestris Dominus dedit legem prae omnibus populis; [4]et quia transgressi sunt fratres vestri praecepta Altissimi, adduxit super vos et super illos vindictam, neque pepercit prioribus, sed et posteriores dedit in captivitatem, neque reliquit ex eis residuum. [5]et ecce estis hic mecum. [6]si ergo direxeritis vias vestras, non abibitis etiam vos, sicut abierunt fratres vestri, sed ipsi venient ad vos: [7]quia misericors est ille quem colitis, et benignus est ille in quem speratis, et verax est ut benefaciat et non ut mala afferat. [8]nonne ecce vos videtis quod contigit Sioni? [9]num forte putatis quod locus peccaverit, et ideo subversus est, aut terra aliquid deliquerit, et ideo tradita est? [10]neque cognoscitis quod propter vos qui peccastis, subversum fuerit illud quod non peccavit, et propter illos qui inique egerunt, traditum fuerit inimicis illud quod non deliquit?

[11]Et respondit universus populus, et dixerunt mihi: quantumcumque possumus esse recordantes bona quae fecit nobiscum Fortis, recordamur; et illa quae non recordamur, ipse in misericordia sua novit. [12]veruntamen hoc fac nobis populo tuo: scribe etiam fratribus nostris ad Babylonem epistolam doctrinae et volumen annuntiationis, ut eos quoque confirmes, priusquam discedas a nobis. [13]defecerunt enim pastores Israël, et extinctae sunt lucernae quae illuminabant, et retinuerunt fontes fluxum suum unde bibebamus; [14]nos autem relicti sumus in tenebris et in materie silvae et in siti deserti.

LXXVII, 14. et in materie, codex ; est idem quod , ὕλη, cf. Euseb. Theoph. 1, 4.; Iob. Hexapl. 29, 5. ἡμῆ, λιόδης, . sententiam secutus Ceriani transtulit: et in densitate.

15 Et respondi et dixi eis: pastores et lucernae et fontes a
lege erant; et si nos abeamus, attamen lex stat. 16 si ergo
respexeritis in legem et fueritis prudentes in sapientia, non de-
ficiet lucerna, et pastor non recedet, et fons non arescet. 17 verun-
tamen sicut dixistis mihi, ego scribam etiam fratribus vestris qui
sunt Babylone, et mittam per homines; et novem tribubus et
dimidiae similiter scribam, et mittam per avem.

18 Et fuit prima et vigesima mense octavo veni ego Baruch,
et sedi subtus quercum in umbra ramorum, et homo non erat
mecum, sed ego solus. 19 et scripsi has duas epistolas; unam misi
per aquilam ad novem tribus et dimidiam, et alteram misi ad eos
qui erant Babylone per tres homines. 20 et accersivi aquilam, et
locutus sum ei verba ista: 21 te fecit Altissimus, ut sis excelsior
prae omnibus avibus. 22 et nunc vade, neque commoreris in loco,
neque ingrediaris nidum, neque consistas super quamvis arborem,
donec transieris latitudinem aquarum multarum fluminis Euphratis,
et ieris ad populum illum qui habitat ibi, et proiice ad eos
epistolam hanc. 23 recordare autem, quod tempore diluvii a columba
accepit Noë fructum olivae, cum eam emisisset de arca. 24 sed et
corvi ministrarunt Eliae, deferentes ei cibum, sicut praeceptum
erat eis. 25 etiam Salomon tempore regni sui quocumque volebat
mittere, aut quaerere aliquid, avi praecipiebat; et obediebat ei,
sicut praecipiebat ei. 26 et nunc ne taedeat te, neque declines ad
dexteram aut ad sinistram, sed vola et vade via recta, ut custo-
dias mandatum Fortis sicut dixi tibi.

LXXVIII. Haec sunt verba epistolae illius, quam misit
Baruch filius Neriae novem tribubus et dimidiae, quae erant trans
flumen, in qua scripta erant haec.

---

15. a lege erant, h. e. a lege discesserant, legem migraverant. — 16. et pastor, ܘܢܟܠܐ, ita correxit Ceriani; codex ܘܢܟܠܐ, et mens.

20. cf. c. 87. Apoc. 8, 13. — 23. cf. Gen. 8, 11. — 24. cf. 1 Regg. 17, 6.

LXXVIII. praemissa est huic capiti in cod. bibl. Ambrosianae haec inscriptio: „Epistola Baruchi filii Neriae quam scripsit novem tribubus et dimidiae.“ Walton: ܐܓܪܬܐ ܕܒܪܘܟ ܒܪ ܢܝܪܝܐ ܕܟܬܒ ܠܬܫܥ ܫܒܛܐ ܘܦܠܓ ܫܒܛܐ, de Lagarde: ܐܓܪܬܐ ܕܒܪܘܟ ܒܪ ܢܝܪܝܐ ܕܟܬܒ ܠܬܫܥ ܫܒܛܐ ܘܦܠܓ ܫܒܛܐ . ܕܐܙܠ ܠܒܒܠ — 1. ܗܢܘ ܐܓܪܬܐ — verba: epistolae illius, male desunt apud Walt. et Lag., nam in fine versus sequitur ܗܢ, in ea. — trans] ܕܟܬܒ Walt.; ܕܟܬܒ Lag.

[2]Sic dicit Baruch filius Neriae fratribus in captivitatem abductis: misericordia et pax sit vobis. [3]recordor, fratres mei, dilectionem eius qui creavit nos, quia dilexit nos a tempore antiquo, et nunquam odivit nos, sed maxime erudiebat nos; [4]et vere scio, quod ecce colligati sumus nos omnes duodecim tribus uno vinculo, sicuti qui ab uno patre geniti sumus. [5]propterea maior cura fuit mihi, ut relinquerem vobis verba huius epistolae antequam morerer, ut consolationem perciperetis super malis quae acciderunt vobis, et contristaremini quoque de malo quod contigit fratribus vestris; item autem ut iustificaretis iudicium eius qui decrevit contra vos ut captivi abduceremini, minus est enim quod passi estis quam id quod fecistis, ut temporibus postremis inveniremini digni patribus vestris. [6]propterea si reputaveritis ista quae ad bona vestra passi estis nunc, ne postremo iudicaremini et cruciaremini, tunc recipietis spem aeternam, si maxime abstuleritis a corde vestro errorem vanum, propter quem abiistis hinc. [7]si enim haec ita feceritis, semper recordabitur vestri is qui omni tempore pollicitus est pro nobis illis qui praestantiores nobis erant, quod non in perpetuum obliviscetur, aut derelinqueret semen nostrum, sed misericordia multa colligeret denuo omnes qui dispersi sunt.

LXXIX. Nunc vero, fratres mei, noveritis primum quid acciderit Sioni: quod ascendit contra nos Nabuchodonosor rex Babylonis.

---

2. verba: sit vobis, desunt ap. Walt. et Lag., qui post Neriae interpunxerunt. — 3. qui creavit nos, ; cod. Ambr. vitiose — sed maxime erudiebat nos, ; . vocem om. Walt. — 4. quod ecce colligati sumus, . Ceriani: quod non vincti fuerimus — geniti sumus] Walt.; Lag. — 5. antequam] Lag.; Walt. om. — de malo] Walt. Lag.; Ceriani: de calamitatibus, legit igitur — item autem, — 6. postremo, — 7. semper, — pro nobis, — Ceriani: semen nostrum; Walt. Lag.: nos — Ceriani: omnes; Walt. Lag.: eos.

LXXIX, 1. quid] Walt.; Lag. — Babylonis, Walt.; Lag. —

[2]peccavimus enim ei qui fecit nos, neque servavimus praecepta quae praecepit nobis, sed neque castigavit nos sicut digni eramus. [3]quod enim vobis accidit, magis item passi sumus, etiam nobis enim accidit.

LXXX. Et nunc, fratres mei, cum circumdedissent hostes urbem, missi sunt angeli Altissimi, et everterunt munitionem muri validi, et demoliti sunt angulos eius firmos ferreos, qui non poterant eradicari; [2]veruntamen vasa sancta absconderunt, ne polluerentur ab hostibus. [3]et cum fecissent haec, tunc tradiderunt hostibus murum eversum, et domum exspoliatam, et templum succensum, et populum victum, quia traditus fuerat, ne gloriarentur hostes et dicerent: sic valuimus, ut etiam domum Altissimi vastaremus in bello. [4]etiam fratres vestros vinxerunt et traduxerunt Babylonem, et collocaverunt eos ibi. [5]et relicti sumus nos hic valde pauci. [6]haec est angustia, de qua scripsi vobis. [7]vere enim scio, quod consolabatur vos habitatio Sion, quantum sciebatis quod prosperata erat prae angustia, qua angustiabamini, quod discessistis ab ea.

---

3. cod. Ambros.: (corrige ملمزلما) ملمزلما ؛ربعصه ؛ هنبه ؛ هز ؛ربقه أف كي هز لسه. ٥٥٥٧. contra textus Walt. et Lag., omissis verbis sed neque castigavit nos sicut digni eramus vs. 2., ita habet: ؛ربعصه ؛ملمزلما ٥٥٥٧ لسه. أف كي هز ؛ربقه أف كي أ؛زبو هنبه

LXXX, 1. Walt.: ؛ربه .. أنا كحه؛ هحه أسث هحه — et everterunt, هشحه Lag., شحه Walt. — firmos, ؛ثعلا Walt.; ؛ثزيزلا Lag. — 2. ne polluerentur, ؛ثا لعلمحه — 3. quia traditus fuerat, هذا ؛أعلكحه Walt.; ؛أعلكحه؛ هذلا Lag. — sic valuimus, ؛هحذا ألهذيعلى ؛حسلا (Lag. ألهذيعلى على) — 4. etiam, أف Walt.; وأف Lag. — Babylonem, ؛ألم كحصا Walt.; كحصا Lag. — 5. et relicti sumus nos, أعلسزلى Walt.; على ؛أعلسز وأف Lag. — 6. angustia, ؛ثعلا — 7. quod consolabatur, ؛ثما ؛ألهحصا؛ Walt.; ؛ثما ؛ألهحصا؛ Lag. — prae, ملمزلما هذ Walt.; ملمز هذ Lag.

LXXXI. Sed etiam de consolatione audite verbum. [2]ego enim lugebam super Sione, et postulavi misericordiam ab Altissimo, et dixi: [3]haeccine usque ad novissimum permanebunt nobis? et omni tempore venient super nos calamitates istae? [4]et fecit Fortis secundum multitudinem misericordiae suae, et Altissimus secundum magnitudinem miserationis suae; et revelavit mihi verbum, ut solatium adferret, et ostendit mihi visiones, ne iterum angustiarer, et demonstravit mihi mysteria temporum, et adventum horarum ostendit mihi.

LXXXII. Propterea, fratres mei, scripsi vobis, quomodo consolemini vos de multitudine angustiarum. [2]sitis autem scientes, quod requirens requiret factor noster ab omnibus hostibus nostris iuxta omne quod fecerunt nobis et in nobis, et quod quam proxima est consummatio, quam faciet Altissimus, et misericordia eius ut veniat, et nequaquam longe est consummatio iudicii eius. [3]nunc enim videmus multitudinem prosperitatis gentium, cum ipsae impie agant, sed vapori erunt similes; [4]et intuemur multitudinem potestatis earum, cum ipsae inique operentur, sed stillicidio assimilabuntur; [5]et videmus firmitatem fortitudinis earum, cum ipsae Forti resistant omni hora, sed ut sputum reputabuntur; [6]et cogitamus gloriam magnitudinis earum, cum ipsae non custodiant pactiones Altissimi, sed sicut fumus praeteribunt; [7]et meditamur pulchritudinem decoris earum, cum ipsae in pollutionibus conversentur, sed sicut herba marcescens arescent; [8]et cogitamus vehementiam crudelitatis earum, cum ipsae exitus non recordentur, sed sicut fluctus qui praeterit

---

LXXXI, 1. de consolatione, ܕܥܠ ܡܠܬܐ ܕ Walt.; ܕ ܡܠܬܐ ܕ Lag. — 4. et fecit, ܥܒܕ Walt. Lag. — misericordiae suae, ܕܚܣܕܗ Walt.; ܕܚܣܕܗ Lag. — ut solatium adferret] Ceriani: ut consolarer; ܐܡܪ ܠܐܬܝ ܢܚܡܐ Walt.; ܐܡܪ ܠܐܬܝ ܢܚܡܐ Lag. — horarum, ܕܫܥܬܐ Walt.

LXXXII, 1. angustiarum, ܕܥܠܘܬܐ Walt. Lag. — 2. et in nobis om. Walt. Lag. — est consummatio, ܗܝ ܫܠܡܢܐ ܕ Walt.; ܗܝ ܫܠܡܢܐ ܕ Lag. — 4. stillicidio, ܒܛܠܦܐ; male cod. Ambr. ܒܛܠܚܐ, pollutae — 5. hora, ܫܥܬܐ; cod. Ambr. ܫܢܬܐ, anno — 8. fluctus qui praeterit, ܕ ܥܒܪ Lag.; ܕ ܥܒܪ Walt. —

confringentur; [9]et consideramus elationem fortitudinis earum, cum ipsae abnegent benignitatem Dei, qui dedit eis, sed sicut nubes quae praeterit praeteribunt.

LXXXIII. Altissimus enim accelerans accelerabit tempora sua, et adducens adducet horas suas, [2]et iudicans iudicabit eos qui in mundo suo sunt, et visitabit in veritate unumquodque per universa opera eorum quae peccata fuerunt, [3]et scrutans scrutabitur cogitationes occultas et quodcumque est in penetralibus omnium membrorum, quod in improbitate positum est, et in apertum coram omnibus in increpatione educet. [4]ne ergo ascendat in cor vestrum una ex istis rebus praesentibus, sed maxime exspectemus, quia adveniet quod promissum est nobis; [5]neque respiciamus nunc ad delicias gentium, sed recordemur quod in novissimo promissum est nobis: [6]quia praetereuntes praeteribunt fines temporum et horarum, et quodcumque est in eis simul; [7]consummatio vero saeculi tunc ostendet virtutem magnam gubernatoris eius, quando omnia venient ad iudicium. [8]vos ergo parate corda vestra ad illud, quod antea credidistis, ne ab utroque saeculo comprehendamini, quod captivi abducti sitis hic, et illic cruciemini. [9]quod enim est nunc, aut quod praeteriit, aut quod veniet, in omnibus istis neque malum malum plene, neque iterum bonum plene

---

9. et consideramus, ܘܢܚܙܐ ܠܗ Lag.; ܚܙܐ ܠܗ Walt. — elationem] ܫܘܒܚܐ ‹ ‹, pulchritudinem, Walt. Lag. — Dei om. Walt. Lag.

LXXXIII, 1. horas suas] ܙܒܢܗ Walt. Lag. — 2. unumquodque per universa opera eorum quae peccata fuerunt] ‹ ‹ ܟܠ ܚܕ ܒܟܠ ܥܒܕܘܗܝ ‹ ‹, omnia per quascunque actiones earum occultas, Walt. Lag. — 3. in penetralibus, ‹ ‹ ܒܟܠ ‹ ‹ Walt.; ‹ ‹ ܒܟܠ Lag. — omnium membrorum quod in improbitate positum est] ‹ ‹ ‹ ‹ ‹ ‹, omnium membrorum hominis reconditum est, Walt. Lag. — 4. nobis, ‹ ‹, Walt. Lag.; om. Ceriani — 5. nunc, ‹ ‹, Walt. Lag.; om. hic Ceriani, sed post gentium addidit: huius temporis — in novissimo, ‹ ‹ — 6. et horarum, ‹ ‹ — 7. consummatio] ‹ ‹ Walt. Lag. — 8. comprehendamini, ‹ ‹ —

bonum est. [10]omnes enim sanitates huius temporis convertuntur in infirmitates, [11]et omnis virtus huius temporis convertitur in imbecillitatem, et omnis vis huius temporis convertitur in miserias, [12]et omnis vigor iuventutis convertitur in senectutem et consummationem, et omnis pulchritudo decoris huius temporis convertitur flaccescens et odibilis fit, [13]et omnis tumor elationis huius temporis convertitur in humiliationem et in confusionem, [14]et omnis laus excellentiae huius temporis convertitur in confusionem silentii, et omnis magnificentia et insolentia huius temporis convertitur in ruinam cessationis, [15]et omnis delectatio et iucunditas huius temporis convertitur in abiectionem et in corruptionem, [16]et omnis clamor superborum huius temporis convertitur in pulverem quietum, [17]et omnis possessio divitiarum huius temporis convertitur ad infernum sola, [18]et omnes direptiones cupiditatis huius temporis convertuntur ad mortem non voluntariam, et omnis cupiditas passionum huius temporis convertitur in iudicium supplicii, [19]et omne artificium calliditatis huius temporis convertitur in redargutionem veritatis, [20]et omnis dulcedo unguentorum huius temporis convertitur in iudicium et condemnationem, [21]et omnis amor mendacii

---

10. sanitates, ... — 11. in miserias] ... Walt. Lag. — 13. tumor] ...أ, imperium, Walt. Lag. — elationis, ...; cod. Ambros. ... — 14. verba et omnis laus exc. h. t. conv. in confusionem desunt apud Waltonum, ea vero addidit Lagarde ex codd. Nitriensibus. — cessationis, ... — 15. delectatio, ... — in abiectionem] ..., in vermem, Walt. Lag. — 16. superborum] ..., superbiae, Walt. Lag. — huius temporis, ..., deest apud Cerianum — quietum] ..., et silentium, Walt. Lag. — 17. divitiarum, ...; Lag ... — sola, ... — 18. non voluntariam, ... — passionum, ...; Ceriani Lag.; ..., passionis, Walt. — huius temporis, ..., ex codd. addidit Lag.; om. Ceriani Walt. — 19. artificium calliditatis] ... Walt. Lag. — 21. mendacii, ..., male deest in cod. Ambr. — in opprobria] ... Walt. Lag. — in silentio] ..., per veritatem, Walt. Lag. —

convertitur in opprobria in silentio. [22]cum ergo haec omnia fiant nunc, putasne ulciscenda non fore? [23]consummatio autem omnium ad veritatem veniet.

LXXXIV. Ergo igitur indicavi vobis dum vivus sum; dixi enim fore ut maxime disceretis praecepta Fortis, quae vos monebo; et proponam vobis modicum ex praeceptis iudicii eius antequam moriar. [2]recordamini, quia olim contestans contestatus est in vos Moyses coelum et terram, et dixit, quia si abieceritis legem, dispergemini, et si custodieritis eam, plantabimini. [3]et alia quoque dicebat vobis, cum eratis simul duodecim tribus in deserto. [4]et post mortem eius proiecistis ea a vobis, et propter hoc supervenerunt vobis quae praedicta fuerant. [5]et nunc Moyses dicebat vobis antequam contingeret vobis, et ecce contigit vobis; dereliquistis enim legem. [6]etiam ego ecce dico vobis postquam passi estis, quod si obtemperaveritis iis quae dicta sunt vobis, recipiatis a Forti quodcumque est repositum et reservatum vobis. [7]sit autem haec epistola inter me et vos in testimonium, ut sitis recordantes praecepta Fortis, et ut etiam mihi sit mihi defensio coram eo qui misit me. [8]et recordantes sitis Sionem et legem, terram quoque sanctam

---

22. ergo haec, ܗܠܝܢ ܗܟܝ; apud Walt. deest ܗܠܝܢ — fiant nunc, ܢܗܘܝܢ ܗܫܬܐ Walt.; ܢܗܘܝܢ . ܗܫܬܐ Lag. — putasne] ܐܢ ܣܒܪ Walt. Lag. — 23. omnium, ܕܟܠ; ܟܠ Walt.

LXXXIV, 1. Fortis, ܕܚܝܠܐ, recte scripsit Ceriani; cod. Ambr. ܕܚܝܠܐ, fortia — aliter habet textus apud Walt. et Lag., ita vero: dixi enim ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ . ܐܦܠܓ ܒܝ ܕܚܝܠܐ ܕܐܬܝܕܥ ܠܟܘܢ . ܕܐܬܝܕܥ ܠܟܘܢ ܕܐܬ ܒܝ, quod virtutes disceretis. praecepit enim mihi Fortis ut hortarer vos et proponerem vobis modicum ex — praeceptis, ܕܦܩܘܕܐ, Ceriani Lag.; praecepto, ܕܦܩܘܕܐ, Walt. — 2. contestatus est] ܐܣܗܕ Walt.; ܐܣܗܕ Lag. — plantabimini] ܬܬܥܒܕܘܢ, servabimini, Walt. Lag. — 6. quae dicta sunt, ܕܐܬܐܡܪ Walt.; ܕܐܬܐܡܪ Lag. — 7. in testimonium, ܠܣܗܕܘܬܐ, Ceriani Lag.; ܠܣܗܕܘܬܐ Walt. — defensio, ܣܢܓܘܪ — 8. Sionem et legem] ܠܨܝܘܢ ܘܠܢܡܘܣܐ Walt. Lag. — terram quoque] ܘܐܦ ܐܪܥܐ Walt. Lag. —

et fratres vestros et testamentum et patres vestros, et festa et sabbata ne obliviscamini. [9]et tradite hanc epistolam et traditiones legis filiis vestris post vos, ut etiam vobis tradiderunt vobis patres vestri. [10]et omni tempore iugiter sitis postulantes et orantes diligenter ex tota anima vestra, ut reconcilietur vobis Fortis, neque supputet multitudinem peccatorum vestrorum, sed recordetur rectitudinem patrum vestrorum: [11]si enim secundum multitudinem misericordiae suae non iudicaverit nos, vae nobis omnibus natis!

LXXXV. Iterum autem noveritis, quod temporibus pristinis et in generationibus antiquis habebant patres nostri adiutores, iustos et prophetas et sanctos; [2]immo autem eramus in ipsa terra nostra, et ipsi adiuvabant nos quando peccabamus, et precabantur pro nobis eum qui fecit nos, quia confidentes erant in operibus suis, et Fortis exaudiebat eos, et propitius fiebat nobis. [3]nunc autem iusti collecti sunt, et prophetae dormierunt, nos quoque a terra nostra exivimus, et Sion ablata est a nobis, neque quidquam habemus nunc praeter Fortem et legem eius. [4]si ergo direxerimus et disposuerimus corda nostra, recipiemus omnia quae amisimus, et multo praestantiora iis quae amisimus et multis modis; [5]quae enim amisimus, corruptionis erant, et quae recipiemus, non cor-

---

et testamentum] ܘܟܝܡܘܬܐ Walt.; ܘܟܝܡܘܬܐ Lag. — et festa] ܘܚܓܐ Walt.; ܘܚܓܐ Lag. — 9. et traditiones] ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ Walt. Lag. — 10. iugiter, ܕܡܬܡܠܝ, deest apud Cerianum. — peccatorum vestrorum, ܕܚܛܗܝܟܘܢ; cod. Ambr. male ܕܚܛܗܝܟ — recordetur, ܢܕܟܪ Lag.; ܢܕܟܪ Walt. — 11. natis, ܕܐܬܝܢ Walt.; ܕܐܬܝܢ Lag.

LXXXV, 1. et sanctos] ܘܩܕܝܫܐ Walt. Lag. — 2. exaudiebat eos] ܫܡܥ ܠܗܘܢ ܐܝܬ Walt. Lag. — 3. collecti sunt, ܐܬܟܢܫܘ — dormierunt, ܫܟܒܘ — 4. recipiemus] ܢܫܟܚ Walt.; ܢܫܟܚ ܠܐ Lag. — verba ܘܐܦ ... ܐܝܬ, et multo praestantiora iis quae amisimus, desunt in cod. Ambros., credo quia oculi scribae a praecedente ܐܝܬ ad sequens aberrarunt. — et multis modis, ܘܒܣܓܝ ܐܘܚܕܢ; Ceriani: multo plura — 5. corruptionis, ܕܚܒܠܐ, Ceriani Lag.; ܕܚܒܠ Walt. —

rumpentur. [6]etiam fratribus nostris autem sic scripsi Babylonem, ut etiam eis haec ipsa contestarer. [7]sint autem omni tempore coram oculis vestris ista omnia praedicta, quia adhuc in spiritu sumus et potestate libertatis nostrae. [8]iterum autem etiam Altissimus longanimis est nobiscum hic, et indicavit nobis quod futurum est, neque celavit a nobis quod in extremo continget. [9]antequam ergo requirat iudicium suum et veritatem cuiuspiam quod ei debetur, praeparemus animam nostram, ut assumamus, et non ut assumamur, et ut speremus, et non ut confundamur, et ut requiescamus cum patribus nostris, et non ut cruciemur cum adversariis nostris. [10]iuventus enim saeculi praeteriit, et vigor creaturae iam consumptus est, et adventus temporum exigue modicum, et praeterierunt: et prope est hydria cisternae, et navis portui, et cursus itineris urbi, et vita consummationi. [11]iterum autem praeparate animas vestras, ut quando navigaveritis et ascenderitis de navi, requiescatis, et non ut quando abieritis, condemnemini. [12]ecce enim adducet Altissimus haec omnia; ibi non erit iterum locus poenitentiae, neque terminus temporibus, neque longitudo horis, neque mutatio viae, neque locus petitioni, neque missio postulationum, neque accipere scientiam, neque datio charitatis, neque locus resipiscentiae animae, neque deprecationes pro delictis, neque obsecrationes patrum, neque oratio prophetarum, neque adiutorium

---

6. Babylonem, ܒܒܠ Walt.; ܒܒܠ Lag. — ut etiam, ܐܦ, Ceriani Lag.; ܐܦ Walt. — 7. et potestate, ܘܫܘܠܛܢܐ, Walt. Lag.; ܘܫܘܠܛܢܐ Ceriani — 9. et veritatem cuiuspiam quod ei debetur, ܘܫܪܪܐ ܕܠܗ ܕܢܗܒ ܠܗ — ut assumamur, ܘܢܬܒܥ — et ut requiescamus, ܘܢܬܢܝܚ Ceriani Lag.; ܘܢܬܢܝܚ Walt. — 10. consumptus est ܐܫܬܠܡ — et adventus, ܘܡܬܝܬܝ, Ceriani Lag.; et spatium, ܘܡܫܬܗܐ Walt. — exigue modicum, ܙܥܘܪ ܡܐܢ — 11. condemnemini, ܢܬܕܢ Ceriani Lag.; requiescatis, ܢܬܢܝܚ Walt. — 12. adducet] ܡܝܬܐ, cum adduxerit — longitudo horis, ܘܐܪܟܐ ܕܫܥܝܢ — viae] ܐܘܪܚܬܐ, viis, Walt. Lag. — datio charitatis, Ceriani; ܘܡܬܚܢܢ, condonator culpae, Walt. Lag. — resipiscentiae, ܕܡܐ — deprecationes] ܨܠܘܬܐ, deprecatio, Walt Lag. — obsecrationes] ܨܠܘܬܐ, deprecatio, Walt. Lag.

iustorum. [13]est tibi autem sententia ad corruptionem, via ignis et semita quae admovet ad carbones. [14]propter hoc una per unum lex, unum saeculum et illis qui sunt in eo finis omnibus. [15]tunc vivificabit illos quos invenerit, et propitius erit illis, et simul perdet illos qui inquinati fuerint peccatis.

LXXXVI. Cum ergo acceperitis epistolam, legite eam in congregationibus vestris cum cura, [2]et sitis meditantes in ea, maxime autem diebus ieiuniorum vestrorum, [3]et sitis memores mei per epistolam hanc, quemadmodum et ego recordor vestri in ea et omni tempore.

LXXXVII. Et fuit, cum consummassem omnia verba epistolae huius, et scripsissem eam cum cura usque ad finem eius, et plicuissem eam, et obsignassem eam diligenter, et ligassem eam ad collum aquilae, et dimisi et misi eam.

---

13. autem sententia ad corruptionem] ܐܝܬ ܠܟ ܡܠܬܐ ܠܫܚܬܐ, Walt. Lag. — via, ܐܘܪܚܐ, Walt. Lag.; viae, Ceriani — ad carbones] ܠܓܚܠܐ, γεέννῃ, Walt.; ܠܓܚܠܐ, Lag. — 14. una per unum lex] ܚܕ ܒܚܕ ܢܡܘܣܐ ܚܕ, Walt. Lag. — 15. tunc] ܘܗܝܟܢܡܢ, et tunc, Walt. — vivificabit illos quos invenerit et propitius erit illis] ܘܢܚܝܐ ܠܗܘܢ ܕܐܫܟܚ ܘܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܢܫܪܝ ܠܗܘܢ, Walt., ita etiam Lag., nisi quod pro ܢܫܪܝ cum codd. Nitriens. scripsit ܢܫܒܩ.

LXXXVI, 1. epistolam] ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ, hanc epistolam, Walt. Lag. — 3. per, ܒ — et omni tempore] ܘܒܟܠ ܙܒܢ. ܫܠܡܝܢ ܗܘܝܬ, et omni tempore valete, Walt. Lag. hucusque epistola in codd. Walt. et Lag.; sequitur subscriptio: finis epistolae (al. ÷ primae) Baruchi (al. ÷ scribae).

LXXXVII. Subscriptio libri in cod. Ambr.: Explicit liber Baruchi filii Neriae.

ASSUMPTIONIS MOYSEOS FRAGMENTA.

112. . . . . scene testimonii
. . . . . cum omnibus sanctis illius
. . . . . ut et inducat plebem
qui est bis millesi in terram datam ex
mus et quingente tribus eorum ut de
simus annus a crea tur illis per testamen
tura orbis terrae tum· et per iusiuran
nam secus qui in ori dum quod locutus
ente sunt numerus est in scenae dare
. . . mus· et ·. . mus de iesum· dicendo ad iesum
et ·. . . . mus· profec uerbum hoc et pro
tionis fynicis· cum mitte secus indus
exiuit plebs post triam tuam omnia
profectionem quae quae mandata sunt
fiebat per mosysen ut facias quemad
usque amman trans modum sine quae
iordanem profetiae rellam est ideo haec
quae facta est a moy dicit dominus orbis ter
sen in libro deute rarum
ronomio qui uoca Creauit enim orbem
uit ad se iesum filium terrarum propter
naue hominem pro plebem suam et non
batum domino ut sit coepit eam inceptio
successor plebi et nem creaturae

I. [Assumptio Moyseos. Anno Moyseos centesimo et vigesimo], [2]qui est bis millesimus et quingentesimus annus a creatura orbis terrae, [3]nam secus qui in oriente sunt numerus . . . mus· et·. . mus et·. . . . mus· profectionis fynicis, [4]cum exivit plebs post profectionem quae fiebat per Moysen usque Amman trans Iordanem, [5]profetiae factae sunt a Moyse in libro Deuteronomio, [6]qui vocavit ad se Iesum filium Nave, hominem probatum Domino, [7]ut sit successor plebi et scenae testimonii cum omnibus sanctis illius, [8]ut et inducat plebem in terram datam patribus eorum, [9]ut detur illis per testamentum et per iusiurandum, quod locutus est in scena dare per Iesum, dicendo ad Iesum verbum hoc:

I. 1. cf. Deut. 31, 2. 34, 7. — primae tres lineae legi nequeunt. Volkmar: Βίβλος τῆς προφητείας Μωϋσέως, ἣν ἔργαψεν ὢν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ἐτῶν. Hilgenfeld: Assumptio Moysis quae facta est anno vitae eius Cmo et XXmo. Merx: Et factum est anno aetatis Mosi centesimo et vigesimo — 3. locus valde obscurus, quem ab aliena manu additum esse argumenta Volkmari l. l. p. 18. s. non probant. adstipulatur tamen Volkmaro Merx, nisi quod verbis profectionis Fynices, quae retinet, praemisit ex coniectura vocem quadragesimo. — secus = secundum — male vulgo scribi volunt numeros, tu explica: secus eos qui in or. sunt numerus est. ita iam Wieseler l. l. p. 630., nisi quod scribi vult numeratur (scil. annus). — pro fynicis graece Φοινίκης scriptum fuisse Alfr. de Gutschmid primus perspexit, cf. Eupolemum ap. Euseb. Praep. Ev. 9, 17, 2. intellige profectionem Abrahami in Phoenicen (Canaan), neque vero cum Volkmaro profectionem Phoenices (Canaan, i. e. Israelitarum) in Aegyptum. nostra interpretatio si vera est, secundum Vet. Test. numerus erat annorum DCLXXXV, secundum vero Exod. 12, 40. LXX. CCCCLXX. ceterum scriptorem hoc loco de Phoenice, avi fabulosa, cf. Clem. Rom. ep. I. ad Cor. c. 25. et Piper Mythologie der christl. Kunst 1. p. 446. ss., loqui Hilgenfeldi est sententia haud probabilis, probata tamen Wieselero. — 4. Amman, cf. Deut. 2, 37. 3, 16.; errasse suspicor sive scriptorem sive interpretem, cf. Deut. 1, 1—5. 34, 1. 5. — 5. profetiae] profetia, Hilgenfeld — factae sunt ego scripsi ex emendatione, cod. quae facta est — hunc versum spurium esse et sequens qui Merx nollem dixisset. — 7. post successor temere addidit Merx sibi et antecessor — scene testimonii, τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου — 8. patribus Merxii est emendatio, cod. ex tribus — 9. post illis addidit Merx ut deus illis, ac dein pro quod scripsit quondam. — verbis et per iusiur. Volkmar novam sententiam perperam inchoavit. — post quod excidisse deus Volkmar fortasse recte dixit, quamquam haex vox mente addi facile potuit, cf. vs. 17. — codex: in scenae, h. e. ἐν τῇ σκηνῇ — scripsi per Iesum, cf. infra 2, 1. et Rönsch l. l. 1868. p. 95. s.; codex: de iesum. graece ἐπὶ Ἰησοῦ, duce Iesu, scriptum fuisse autumat Volkmar; delenda iudicat haec verba utpote spuria Merx.

111. et ab initio orbis ter
rarum palam face
re ut in eam gentes
arguantur et humi
liter inter se dispu
tationibus arguant
se itaque excogitauit
et inuenit me qui ab
initio orbis terra
rum praeparatus sum
ut sim arbiter testa
menti illius et tunc
palam facio tibi quia
consummatum est
tempus annorum
uitae meae et tran
sio in dormitionem
patrum meorum·
et palam omnem ple
bem autem
percipe scribturam
hanc ad recognos
cendam tutationem
librorum quos tibi
tradam quos ordina
bis et chedriabis et
reponis in uasis fic
tilibus in loco quem
fecit ab initio crea
turae orbis terra
rum ut inuocetur
nomen illius usque
in diem paenitentiae
in respectu quo
respicit illos dominus
in consummatio
ne exitus dierum
intrabunt
per te in terram
quam decreuit et
promisit dare pa
tribus eorum· in qua
tu benedicis et da
bis unicuique et sta
bilibis eis sortem
in me et constabi
libis eis regnum
et magisteria loco

[10]Ecce promitte secus industriam tuam omnia quae mandata sunt ut facias quemadmodum sine querela est. [11]ideo haec dicit Dominus orbis terrarum. [12]creavit enim orbem terrarum propter plebem suam, [13]et non coepit eam inceptionem creaturae et ab initio orbis terrarum palam facere, ut in ea gentes arguantur et humiliter inter se disputationibus arguant se. [14]itaque excogitavit et invenit me, qui ab initio orbis terrarum praeparatus sum, ut sim arbiter testamenti illius. [15]et nunc palam facio tibi, quia consummatum est tempus annorum vitae meae et transeo in dormitionem patrum meorum et palam omnem plebem. [16][tu] autem percipe scripturam hanc ad recognoscendam tutationem librorum quos tibi tradam: [17]quos ordinabis et chedriabis et repones in vasis fictilibus in loco quem fecit ab initio creaturae orbis terrarum, ut invocetur nomen illius usque in diem paenitentiae in respectu quo respiciet illos Dominus in consummatione exitus dierum.

II. [Et nunc] intrabunt per te in terram, quam decrevit et promisit dare patribus eorum, [2]in qua tu benedices et dabis unicuique, et stabilibis eis sortem in me et constabilibis eis regnum, et magisteria locorum dimittes illis secus quod placebit Domino eorum in iudicio et iustitia. [3][illi] autem postquam intrabunt in terram suam annos [V], et postea dominabitur a principibus et

---

10. scripsi ecce ex coniectura; codex: et — codex: sine quaerellam — est. ideo] est deo, Merx — 13. in ea] in eam, codex — humiliter] similiter, Hilgenfeld — 14. hunc versum ob oculos habebat Gelasius Cyzicenus cum scriberet (in commentario Act. Synodi Nic. II. 18. Mansi Concil. Coll. II. p. 844.) μέλλων ὁ προφήτης Μωυσῆς ἐξιέναι τοῦ βίου, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ Ἀναλήψεως Μωυσέως, προσκαλεσάμενος Ἰησοῦν υἱὸν Ναυὴ καὶ διαλεγόμενος πρὸς αὐτὸν ἔφη· καὶ προεθεάσατό με ὁ θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναί με τῆς διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην. ceterum cfr. infra 3, 12. et Gal. 3, 19. 20. — 15. nunc, Hilgenfeld al.; cod. tunc — et palam omnem plebem, h. e. et quidem palam (coram) tota plebe. uni Rönschio verum suboluit l. l. 1868. p. 83. 1869. p. 222. Hilgenfeld: palam, lege pellam, ἀπαλλάξω. Volkmar in fine addidit mitto. — 16. in codicis lacuna tu scriptum fuisse neminem fugit. — 17. chedriabis, cf. κεδρία, cedria; verbum κεδροῦν usurpavit Posidonius ap. Strab. 4. p. 198. et Diodor. Sic. 5, 29. — in respectu quo respiciet (respicit, cod.), ἐν τῇ ἐπισκοπῇ ᾗ ἐπισκέψεται.

II. 1. Hilgenfeld: et nunc; Volkmar: ecce nunc. in codice lacuna est. — 2. verba et stabilibis eis spuria habet Merx. — in me] in qua, Hilgenfeld — dimittes] dimetieris, Merx — 3. illi scripsi cum Hilgenfeldo; Volkmar: dat; Merx: fiet; in codice lacuna est. — in codicis lacuna V scriptum fuisse ex Ios. 14, 10. Ioseph. Antt. 5, 1, 19. intelligitur; Merx: anno s(eptimo) — dominabitur] dominabuntur, Merx Hilgenf. —

rum dimittes illis
secus quod place
bit domino eorum in iu
dicio et iustitia
autem postquam
intrabunt in terram
suam annos
et postea dominabi
tur a principibus et
tyrannis per annos
xuiii· et ·xuiiii· annos
abrumpens tib· x·
nam descendent tri
bus duae et transfe
runt scenae testi
monium· tunc deus
caelestis fecit pa
lam scenae suae
et ferrum sanctua
rii sui· et ponentur
duae tribus sanctita
tis· nam ·x· tribus sta
bilient sibi secus
ordinationes suas
regna et adferent
uictimas per annos
xx· et ·uii· circumual
labunt muros et
circumibo ·uiiii· et
adcedent ad testa
mentum domini· et finem
polluent quem fe
cit dominus cum eis· et im
molabunt natos
suos diis alienis· et
ponent idola scenae
seruientes illis·
et in domo domini faci
ent sceleste· et s
culpent omnem ani
malium idola multa
illis temporibus
ueniet illis ab ori
ente rex et teget
equitatus terram
eorum et incendet
colonia eorum ig
ne cum aede sancta

tyrannis per annos XVIII, et XVIIII annos abrumpent tribus X, nam descendent tribus duae et transferent scenam testimonii. [4]tunc Deus caelestis faciet palum scenae suae et ferrum sanctuarii sui, et ponentur duae tribus sanctitatis, [5]nam X tribus stabilient sibi secus ordinationes suas regna, [6]et adferent victimas per annos XX.; [7]et VII circumvallabunt muros, et circumibo VIIII et adcedent ad testamentum Domini, et finem polluent quem fecit Dominus cum eis: [8]et immolabunt natos suos diis alienis, et ponent idola scenae servientes illis, [9]et in domo Domini facient sceleste, et sculpent omnium animalium idola multa.

III. [Et] illis temporibus veniet illis ab oriente rex, et teget equitatus terram eorum, [2]et incendet coloniam eorum igne cum aede sancta Domini, et sancta vasa omnia tollet, [3]et omnem plebem eiciet, et ducet illos in terram patriae suae, et duas tribus ducet secum. [4]tunc invocabunt duae tribus X tribus, et ducent se ut leaena in campis pulveratis esurientes et sitientes cum infantibus nostris, [5]et clamabunt: iustus et sanctus Dominus, quia enim vos peccastis, et nos pariter abducti sumus vobiscum. [6]tunc plorabunt

---

abrumpent, Hilgenf. Volkm.; abrumpentes, Merx; cod.: abrumpens — cod.: tib· X· — descendent] discedent, Merx — duae] duodecim, Merx — transferent, Hilgenf. al.; cod.: transferunt — scenam testimonii, Hilgenf.; cod.: scenae testimonium — 4. hic versus viros doctos valde torsit, nec immerito. scriptor haud dubie hoc sibi vult: tum loco mobilis et exilis tabernaculi stabile et magnificum templum exstructum iri, cui duae tribus debita soluturi sint. codex: fecit palam. pro fecit cum Hilgenfeldo al. facies scribendum esse ex contextu perspicitur, palum vero meo iudicio Rönsch (l. l. 1869. p. 225.) recte correxit, sed illud non probo quod ideo pro fecit scribendum suasit figet. correctiones, quibus alii loco mederi volebant, sciens et lubens praetereo. — 6. et 7. intellige viginti reges regni Iudae. — 7. Merx ante finem addidit IV, sed quatuor ultimos reges utpote Aegyptiis et Chaldaeis iam subditos omissos esse credibile. — et finem] sed finem, vel potius: sed in fine finem, Volkmar — finem] graece τὸν ὁρισμόν scriptum fuisse iam vidit Hilgenfeld, idem vero cur nunc τὸν ὄρον vertere maluerit nescio. haud prospere res cessit Merxio, qui scripsit fidem ac dein quam — 9. omnium, Hilgenf. Volkm.; codex: omnem.

III. 1. et ab initio addidi cum Volkmaro, in codice lacuna est. — equitatus] equitatu, Hilgenf. Volkm. Merx, fortasse recte, quamquam etiam equitatus bene habet. — 2. codex: colonia — 3. codex: ducit secum — 4. ducent se, cf. Rönsch l. l. 1868. p. 89. — leaena, Hilgenfeld al.; hienae, Volkmar; codex: liena — pulveratis, Volkmar al.; codex: pulverati; temere delevit Merx — verba cum infantibus nostris Merx transposuit et locavit vs. 5. post vobiscum — 5. scripsi abducti, Merx deducti; codex: adducti —

domini et sancta uasa om
nia tollet et omnem
plebem eiciet et du
cet illos in terram
patriae suae et duas
tribus ducit secum
Tunc inuocabunt
duae tribus x· tribus
et ducent se ut liena
in campis puluerati
esurientes et siti
entes cum infantibus
nostris et clamabunt
iustus et sanctus dominus
quia enim uos peccas
tis et nos pariter ad
ducti sumus uobis
cum tunc plora
bunt ·x· tribus audien
tes inproperia uer
borum tribum dua
rum et dicent· quid
faciemus uobis fra
tres· nonne in omnem
domum istrahel ad
uenit clibsis haec
et omnes tribus plora
bunt clamantes in
caelum et dicentes
deus abraham· et deus isa
ac· et deus iacob remi
niscere testamen
tum tuum quod fac
tasti cum eis et ius
iurandum quod iu
rasti eis per te ne um
quam deficiat semen
eorum a terra quam
dedisti illis
Tunc reminiscentur
me die illo dicentes
tribus ad tribum· et
homo de proximo
suo nonne hoc est
quod testabatur no
bis cum moyses in
profetis qui multa
passus est in aegypto

X tribus audientes inproperia verborum tribuum duarum, [7]et dicent: quid faciemus vobis fratres? nonne in omnem domum Istrahel advenit thlibsis haec? [8]et omnes tribus plorabunt clamantes in caelum et dicentes: [9]Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, reminiscere testamentum tuum quod factasti cum eis, et iusiurandum quod iurasti eis per te, ne umquam deficiat semen eorum a terra quam dedisti illis. [10]tunc reminiscentur me, die illo dicentes tribus ad tribum et homo proximo suo: [11]nonne hoc est quod testabatur nobis tum Moyses in profetiis, qui multa passus est in Aegypto et in mari rubro et in heremo annis XL, [12]testatus et invocabat nobis testes caelum et terram, ne praeteriremus mandata illius, in quibus arbiter fuit nobis: [13]quae advenerunt nobis de isto secus verba ipsius et secus adfirmationem ipsius, quomodo testatus est nobis temporibus illis, et quae convenerunt usque nos duci captivos in partem orientis? [14]qui et servient circa annos LXXVII.

IV. Tunc intrabit unus qui supra eos est, et expandet manus et ponet genua sua, et orabit pro eis dicens:

[2]Domine omnis, rex in alta sede, qui dominaris saeculo, qui voluisti plebem hanc esse tibi plebem exceptam, tunc voluisti invocari eorum deus secus testamentum, quod fecisti cum patribus eorum. [3]et ierunt captivi in terram alienam cum uxoribus et

---

6. tribuum] tribum, cod. — 7. faciemus] fecimus, Hilgenf. — thlibsis, θλῖψις; cod.: clibsis; Volkmar: ἔκλειψις — 10. me] mei, Merx — codex: de proximo, cf. Rönsch l. l. 1868. p. 95. — 11—13. arcte cohaerent, ita vero ut scriptor cum sententia ex sententia nasceretur orationem variaret. 11. tum, Merx; codex: cum — profetiis, Hilgenf. al.; codex: profetis — 12. cf. Deuter. 31, 28. 32, 1. — verbum testatus cum verbis praecedentibus male coniunxerunt Volkm. et Merx — 13. Volkmaro iudice voce quae, ταῦτα, sententia inchoanda. vocem quae hic ac paullo post corruptam et corrigendum esse vae Merxio aegre concedas, concessit tamen Hilgenf. — de isto, ἐξ ἐκείνου sc. χρόνου — convenerunt, συνέβη — usque nos duci captivos, ἕως τοῦ ἡμᾶς αἰχμαλωτισθῆναι — 14. satis abrupte scriptor iam Mosen facit loquentem voce qui ad praecedens subiectum se referens. loco qui et graece καὶ οὗτοι scriptum fuisse Volkmaro nemo credet.

IV, 1. intrabit, cod.: intrauit — expandet, cod.: expandit — ponet, cod.: ponit — orabit, cod.: orauit — 2. omnis, τοῦ παντός, Merx; orbis scribi voluit Volkm. — cod.: hanc exceptam, sed hanc merito delevit Merx. — exceptam, ἐκδεκτόν, non ἐκλεκτόν, ut Hilgenf. Volkm. — tunc in tune primo videbatur Hilgenfeldo mutandum plaudente Volkmaro. —

85. et in mari rubro· et
in heremo annis ·xl·
testatus et inuoca
bat nobis testes cae
lum et terram ne prae
teriremus manda
ta illius in quibus arbi
ter fuit nobis quae
aduenerunt nobis
de isto secus uerba
ipsius· et secus adfir
mationem ipsius
quomodo testatus
est nobis tempori
bus illis et quae conue
nerunt usque nos
duci captiuos in par
tem orientis qui
et seruient circa
annos ·lxxvii·
Tunc intrauit unus
qui supra eos est
et expandit manus
et ponit genua sua
et orauit pro eis di
cens Domine omnis
rex in alta sede qui
dominaris saeculo
qui uoluisti plebem
hanc esse tibi plebem
hanc exceptam tunc
uoluisti inuocari
eorum deus secus tes
tamentum quod fe
cisti cum patribus
eorum et ierunt
captiui in terram
alienam cum uxori
bus et natis suis et
circa ostium allofi
lorum et ubi est
maiestas magna
respice et misere
re eorum domine cae
lestis Tunc remi
niscitur deus eorum
propter testamen
tum quod fecit cum

natis suis et circa ostium allofylorum et ubi est molestia magna. [4]respice et miserere eorum, Domine caelestis.

[5]Tunc reminiscetnr Deus eorum propter testamentum quod fecit cum patribus illorum, et palam faciet misericordiam suam et temporibus illis, [6]et mittet in animam regis ut misereatur eorum, et dimittet illos in terram eorum et regionem. [7]tunc ascendent aliquae partes tribuum et venient in locum constitutum suum et circumvallabunt locum renovantes. [8]duae autem tribus permanebunt in praeposita fide, sed tristes et gementes, quia non poterint referre immolationes Domino patrum suorum. [9]et X tribus crescent et devenient apud natos in tempore tribuum.

V. Et cum adpropiabunt tempora arguendi, et vindicta surget in reges participes scelerum, [2]et punientes eos et ipsi dividentur ad veritatem, propter quod factum fuit: [3]devitabunt iustitiam et accedent ad iniquitatem, et contaminabunt inquinationibus domum servitutis suae, et quia fornicabunt post deos alienos. [4]non enim sequentur veritatem Dei, sed quidam altarium inquinabunt de[decoris] muneribus quae imponent Domino, qui non sunt sacerdotes, sed

---

3. cod.: allofilorum — ex emendatione scripsi molestia, Hilgenf. probante Merxio maestitia. cod.: maiestas. hanc lectionem Volkmar eo tueri conatur, quod addendum sit tua, hoc sensu: ubi ergo est maiestas tua magna? sed obstant cum alia, tum vocabulum magna. — 5. cod.: reminiscitur — et ante temporibus expunxerunt Hilgenf. Merx — 6. cod.: et mittit; Volkm.: emittit! — cod.: misereator — cod.: dimittit — 8. sed, Volkm. Merx; codex: *sua* — poterint] poterunt, Merx — cod.: patruum — 9. locus fortasse valde est corruptus, sed vi grassari nolui. codicem secutus sum nisi quod cum Volkmaro pro tribum scripsi tribuum, nam loco tribum scriptum fuisse tribulationis, τῆς θλίψεως, uti Hilgenfeldo placet, non credibile. scriptoris sententia haec videtur fuisse: decem tribus in terra extera crescent et ad natos, posteros, venient, quando duodecim tribubus iterum sociatis unus denuo erit populus israeliticus. audacius et futili sententia Merx: devertent apud nationes in tempore turbarum.

V, 1. cum] tum, Volkm. — cod.: surgit — scripsi in reges; cod.: de reges; ἐπὶ τοὺς βασιλέας, Volkm.; τοῖς βασιλεῦσι, Hilgenf. Rönschium l. l. 1868. p. 95. secutus. — reges] regis, ac paullo post punientis scribi iussit Merx. — 2. dividentur, διαμερισθήσονται, Hilgenf. Merx; non: diiudicantur, διακριθήσονται, Volkm. — ad veritatem, πρὸς τὴν ἀλήθειαν, Merx; ἐπ' ἀληθείας, Hilgenf. — propter quod, διότι, Hilgenf.; propter verbum quod, Merx — factum] dictum, Volkm. — 3. inquinationibus, Hilgenf. Volkm.; in nationibus, Merx iam assentiente Hilgenf.; cod.: ingenationibus — 4. scripsi ex coniectura dedecoris, in mentem etiam venit debitis. in cod. legitur de, ac dein sequitur spatium sex fere literarum, quae legi nequeunt. Hilgenf.: de iis; Volkm.: de omnibus; Merx: de donis et —

86. patribus illorum et
palam faciet mise
ricordiam suam· et
temporibus illis et
mittit in animam re
gis ut misereator
eorum et dimittit
illos in terram eorum
et regionem· tunc
ascendent aliquae
partes tribuum et
uenient in locum
constitutum suum
et circumuallabunt
locum renouantes
duae autem tribus
permanebunt in
praeposita fide *sua*
tristes et gemen
tes quia non pote
rint referre im
molationes domino
patruum suorum
et ·x· tribus cres
cent et deuenient
apud natos in tem
pore tribum· et
cum adpropiabunt
tempora arguendi
et uindicta surgit
de reges participes
scelerum et puni
entes eos et ipsi
diuidentur ad ue
ritatem· propter
quod factum fuit
deuitabunt iusti
tiam et accedent
ad iniquitatem et
contaminabunt in
genationibus domum
seruitutis suae
et quia fornicabunt
post deos alienos
non enim sequen
tur ueritatem dei
sed quidam altarium
inquinabunt de

servi de servis nati. [5]qui enim magistri sunt [et] doctores eorum illis temporibus, erunt mirantes personas nobilitatum et acceptiones munerum, et pervertent iustitias accipiendo poenas. [6]et ideo implebitur colonia et fines habitationis eorum sceleribus et iniquitatibus. a Domino qui deficiunt erunt impii iudices, et erunt in campo iudicare quomodo quisque volet.

VI. Tunc exurgent illis reges imperantes, et qui sacerdotes summi Dei vocabuntur facient impietatem ab sancto sanctitatis. [2]et succedet illis rex petulans, qui non erit de genere sacerdotum, homo temerarius et improbus, et iudicabit illis quomodo digni erunt:

---

5. et post sunt ego adieci, in cod. deest. Merx delevit vocem magistri — codicis lectionem cupiditatum ferri nullo modo posse perspexit Merx, qui locum ita corrigi suasit: cupidi cupiditatum et acceptionis, quod non placet. ego ut codicis vestigia aliquatenus legerem scripsi: nobilitatum, an recte nescio, sed illud scio, scriptorem ad personas notionem nobilium, vel potentum, vel etiam locupletum adiecisse. quis vero scit exciderintne quaedam verba? — scripsi pervertent, quod nunc demum video etiam Wieselero l. l. p. 641. placuisse; cod.: pervendent — poenas, ποινάς, Volkm.; τιμάς, Hilgenf. — 6. hic codicis locus eo notabilis, quod librarius cum textum sex versuum descripsisset, correctiorem, credo una cum praemissa voce post ex margine codicis quem describebat desumptum, illico addidit. hoc quo magis pateat, utrumque hic iuxta ponere placet:

et finis habita	post fines habita
tiones eorum sce	tionis sceleribus
leribus et iniquita	et iniquitatibus
tibus a deo ut qui fa	a domino qui faciunt
cit erunt impii iu	erunt impii iudices
dices erunt in eam	inerunt in campo
	iudicare quomodo
	quisquae volet

sed proh dolor! neuter sanus est, ego emendavi ut potui. — fines, τὰ ὅρια: alii retinuerunt finis — in campo, בחוץ, Heidenheim l. l. p. 88. — Hilgenfeld: — adeo ius qui faciunt erunt impii iudices, ii erunt in campo —. Volkmar: — a domino. quae qui faciunt — et erunt in campo —. denique Merx: — a deo. ut (ὡς, quippe) qui factarunt impie, iudices erunt in ea (colonia) inpost (= in posterum) iudicare —. huiusmodi consilia nollem hic vir doctissimus edidisset.

VI, 1. scripsi ex emendatione qui, codex: in, quod tum ferri posset, si per sequentia liceret coniungere: imperantes et in; sed εἰς ἱερεῖς κληθῆναι, sacerdotes vocari, nemo unquam dixit, et loci quos attulit Merx Act. 13, 22. ἤγειρεν τὸν Δαυὶδ εἰς βασιλέα, Testam. Levi 8. γίνου εἰς ἱερέα alius prorsus generis sunt. — codex: facient facientes; Hilgenf. et Volkm. deleverunt facient; Merx pro facient scripsit in faciem! — ab, inde ab, ἀπό — 2. cod.: succedit —

78. muneribus quae inponent domino qui non sunt sacerdotes sed serui de seruis nati· qui enim magistri sunt doctores eorum illis temporibus erunt mirantes personas cupiditatum· et acceptiones munerum et peruendent iustitias accipiendo poenas· et ideo implebitur colonia et finis habitationes eorum scelleribus et iniquitatibus a deo ut qui facit erunt impii iudices erunt in eam post fines habitationis sceleribus et iniquitatibus a domino qui faciunt erunt impii iudices inerunt in campo iudicare quomodo quisquae uolet tunc exurgent illis reges imperantes et in sacerdotes summi dei uocabuntur facient facientes impietatem ab sancto sanctitatis· et succedit illis rex petulans qui non erit de genere sacerdotum· homo temerarius et improbus et iudicabit illis quomodo digni erunt· qui elidit principales eorum gladio· et locis ignotis singuli et corpora illorum ut nemo sciat ubi sint

[3]qui elidet principales eorum gladio, et locis ignotis strangulabit corpora illorum, ut nemo sciat ubi sint corpora illorum; [4]occidet maiores natu et iuvenes, et non parcet. [5]tunc timor erit illius acerbus in eis in terra eorum: [6]et faciet in eis iudicia, quomodo fecerunt in illis Aegyptii, per XXX et IIII annos, et punibit eos [7]et producet natos, [qui su]ccedentes sibi breviora tempora dominarent. [8]in partes eorum cohortes venient et occidentis rex potens, qui expugnabit eos: [9]et ducet captivos, et partem aedis ipsorum igni incendet, aliquos crucifiget circa coloniam eorum.

VII. Ex quo facto finientur tempora, momento [fini]etur cursus [quando] horae IIII venerint. [2]cogentur — — — [3]et

---

3. cod.: elidit — strangulabit mea est emendatio, cod.: singuli et; Hilgenf.: sepeliet; Volkm.: singulis (μόνοις!) sepeliet; Rönsch l. l. 1868. p. 89.: extinguet; Merx omissis vocibus corpora illorum: iugulabit — 4. cod.: occidit — temere Hilgenf. Volkm.: καὶ νεωτέροις (!) οὐ φείσεται — 5. cod.: aceruus — Merx delevit in eis — in terra, Hilgenf.; cod.: in terram, quod tuentur Volkm. et Merx — 6. cod.: aegypti — punibit, Hilgenf. Volkm.; cod.: puniunt — 7. producet, Hilgenf. al.; cod.: . . roducit — qui succedentes] . . . ecedentes, cod.; Volkm.: qui decedentes! Hilgenf.: οἳ παράλληλοι, et latine? — dominarent, Hilgenf.; cod.: donarent — 8. partes, A. de Gutschmid al.; cod.: pares — cohortes, M. Schmidt Volkm.; hostes, A. de Gutschmid; cod.: mortis — cod.: occidentes — qui, Merx; cod.: quia — 9. ducet, Hilgenf. al.; cod.: ducent — cod.: incendit — cod.: crucifigit.

VII. 1. Merx delevit facto — finietur, Hilgenf. Volkm. Wieseler l. l. p. 626.; sequetur, Merx Colani; cod.: . . . . etur — quando, Volkm.; aevi, Hilgenf.; annorum, Wieseler; alter, Merx Colani; cod.: *a* . . . . — venerint ego scripsi, cod.: *ueniant;* venient, Hilgenf. Merx Col. Wies. — 2. cogentur, Merx Wies.; cod. coguntur — iam sequuntur in cod. haec quae legi possunt, vel ex parte legi posse videntur:

secu*n*
. . . . . ae . . . . *pos* . .
. . . . initiis tribus ad
exitus ·VIII*I* propte*r*
initium tres sep
timae secunda tria
in tertia duae *h* . . *ra* . .
tae

ex his textus laciniis genuina interpretis, vel etiam scriptoris verba indipisci frustra laborabis, cum praesertim per ambages locutus sit, neque satis pateat ultima tempora quousque extenderit, quibusque intervallis distinxerit. nolui igitur mea inventa, vel etiam commenta venditare, sed ne homo invidus esse videar ea afferam, quibus viri docti textum deperditum redintegrasse sibi videntur. Hilgenfeld: secus [septim]as ·VII· pos[tumas] initiis tribus ad exitus. VIIII propter initium, tres septimae secunda, tria in

77. corpora illorum
occidit maiores
natu et iuuenes
et non parcet· tunc
timor erit illius a
ceruus in eis in ter
ram eorum· et faci
et in eis iudicia quo
modo fecerunt in
illis aegypti per ·xxx
et ·iiii· annos et pu
niunt eos· et . . rod*u*
cit natos . . . eceden
tes sibi breuiora tem
pora donarent in
pares eorum mor
tis uenient et occi
dentes rex potens
quia expugnabit eos
et ducent captiuos
et partem aedis ipso
rum igni incendit
aliquos crucifigit
circa coloniam eorum
ex quo facto finien
tur tempora momen
to . . . . etur cursus
a . . . . horae ·iiii· *ue*
niant coguntur secu*n*
. . . . . a*e* . . . . p*os* . .
. . . . initiis tribus ad
exitus ·viii*i* propte*r*
initium tres sep
timae secunda tria
in tertia duae *h* . . *r*a . .
*t*ae et regnarunt
de his homines pes
tilentiosi et impii
docentes se esse
iustos· et hi susci
tabunt iram animo
rum suorum qui
erunt homines do
losi sibi placentes
ficti in omnibus suis
et omni hora diei
amantes conuiuia
deuoratores gulae

regnabunt de his homines pestilentiosi et impii, dicentes se esse iustos. [4]et hi suscitabunt iram animorum suorum, qui erunt homines dolosi, sibi placentes, ficti in omnibus suis et omni hora diei amantes convivia, devoratores gulae [5]— — — [6][paupe]rum bonorum comestores, dicentes se haec facere propter misericordiam eorum, [7]sed et exterminatores, queruli et fallaces, celantes se ne possint cognosci, impii in scelere, pleni et iniquitate ab oriente usque ad occidentem, [8]dicentes: habebimus discubitiones et luxuriam edentes et bibentes, et potabimus nos, tamquam principes erimus. [9]et manus eorum et dentes inmunda tractabunt, et os eorum loquetur ingentia, et superdicent: [10]noli [tu me] tangere, ne inquines me — — —.

---

tertia, duae quartae. Volkmar: secun[da, medi]a, e[t sic] pos[tuma in] initiis tribus ad exitus. VIII propter initium. tres (ἕως) septimae. secunda tria. in tertia duae [p]eractae. Merx: secun[do septima]nae VIII*I*, post[umae ab] initiis tribulationis ad exitus. VIIII propter (fort. tempora) initium, tres septim[an]ae secunda, tria tertia, duae .eractae. Colani: secu[li tempor]a e[ius] pos[trema ab] initiis tribu[lationi]s ad exitus VIII propter initium tres septimae. secunda tria. in tertia duae [p]*er*actae. Wieseler: secul[i septim]ae [dirae?] pos[tumae in] initiis tribus ad exitus VIIII; propter initium tres septimae, secunda tria[s], in tertia duae h[o]ra[e p]eractae. — 3. regnabunt, Hilgenf. Merx; cod.: regnarunt — dicentes, Hilgenf.; cod.: docentes — 5. sequuntur in codice septem versus, quorum haec tantum legi possunt:

s . . . n . . . ca . . . .
. . . . . *nus diis* . . . .
. . . . omnis . . . .
. . . . . .
. . . . u . . . . o . . . .
rae . . . . . *elen*
tes . . . . . *rum* bo

— 6. pauperum, Volkm.; cod.: . . . . . *rum*, v. ad vs. 5. — voce comestio Isidorus Orig. 20, 1. usus est et alii, sed comestor legere non memini, an forte comesores legendum? — eorum, Volkm.; quare, Hilgenf.; cod.: *qu* . . . — 7. scripsi sed et; Volkm.: si et; Hilgenf.: sicut; cod.: se *et* — scripsi queruli et; Hilgenf.: quaerunt (+ qui Volkm.); cod.: quaeru . . . — scripsi possint; cod.: possent — 8. et potabimus, Hilgenf.; cod.: et *puta*uimus; Volkm.: si mutavimus! — 9. dentes, Hilgenf.; cod.: mentes — scripsi tractabunt; cod.: tractantes — 10. noli tu me tangere, Volkm.; cod.: n*oli* . . . . *t*ange — versuum sex post inquines sequentium haec paucula tantummodo legi possunt:

me *loco in quo* . . . s . . .
. . . is d . . . . . .
su . . . . . *us* . . . . .
in . . . . . .
re . . . . *raui* . . . .
in plebem quae *s* . . *a* . .
illis

68. s . . . n . . . *ca* . . . . tamquam pr*incip*es
. . . . . *nus diis* . . . . erimus· et manus
. . . . omnis . . . . eorum et mentes
. . . . . *inmu*nda tractantes
. . . . u . . . . o . . . . *e*t os eorum loque
rae . . . . . *elen* tur ingentia et *su*
tes . . . . . *rum* bo per dicen*t* no*li* . . . .
norum *co*mesto *t*ange ne *i*nquine*s*
res dicentes se *haec* me *loco in quo* . . . s . . .
fa*c*ere propter mi . . . is d . . . . . .
sericordiam *qu* . . . su . . . . . *us* . . . . .
se *et* extermina in . . . . . .
tores quaeru . . . *re* . . . . *raui* . . . .
fallaces celantes se in plebem quae *s* . . *a* . .
ne possent cognos illis *et* . . *ta* . . ue
ci impii in scelere niet in eos ultio *et*
pleni et iniquitate ira quae talis non
ab oriente usque ad fuit in illis a saeculo
occidentem dicen usque ad illum tem
tes habebimus dis pus in quo suscita
cubitiones et luxu uit illis regem regum
riam edentes et terrae et potesta
bibentes tem a potentia mag
*Et pu*tauimus nos na qui confitentes

VIII. [Ecce tanta] veniet in eos ultio et ira, quae talis non fuit in illis a saeculo usque ad illud tempus, in quo suscitabit illis regem regum terrae et potestatem a potentia magna, qui confitentes circumcisionem in cruce suspendet, [2]nam negantes torquebit et tradet duci vinctos in custodiam: [3]et uxores eorum disdonabuntur gentibus, et filii eorum pueri secabuntur a medicis inducere acrobystiam illis; [4]nam illi in eis punientur in tormentis et igne et ferro, et cogentur palam baiulare idola eorum inquinata, quomodo sunt pariter continentibus ea: [5]et a torquentibus illos pariter cogentur intrare in abditum locum eorum, et cogentur stimulis blasfemare verbum contumeliose, novissime post haec et leges et quod haberent supra altarium suum.

IX. Tunc illo edicente [ecce] homo de tribu Levi, cuius nomen erit Taxo, qui habens VII filios dicet ad eos rogans: [2]videte, filii, ecce ultio facta est in plebe altera crudelis in mundo et traductio sine misericordia et clementia principatuum. [3]quae

---

VIII, 1. scripsi: ecce tanta veniet; Hilgenf. Volkm.: et cito adveniet; Merx: et altera veniet; cod.: *et . . ta . .* ueniet — illud, Merx; cod.: illum — cod.: suscitauit — potestatem] potentantem, Rönsch l. l. 1868. p. 99. s. — cod.: suspendit — 2. nam] et non, Merx — negantes, Hilgenf. al.; cod.: necantes — tradet, Hilgenf. Merx; cod.: tradidit — 3. disdonabuntur est Hauptii emendatio; cod.: diisdonabuntur; Merx: dominis donabuntur in — cod.: secabantur — pueri, quod in cod. post medicis legitur, cum Merxio expunxi — cod.: acrosisam — 5. verbum, ὄνομα, בשם — vocem et ante quod ego adieci, a cod. abest. Hilgenf.: legis; Volkm.: τὰ νόμιμα ἃ (male legebatur ὃ); Merxio iudice aut quod delendum, aut legendum legislatorem et quod.

IX, 1. edicente ecce, Volkm.; cod.: dicente; Hilgenf.: ducente, ἡγουμένου; Merx: die erit — cod.: leuui — Hilgenf.: οὗ τὸ ὄνομα τξγ', ἔσται — de nomine Taxo variae admodum et inter se discrepantes virorum doctorum sunt sententiae, cf. Hilgenf. l. l. p. 446. s. Volkm. l. l. p. 60. ss. Merx l. l. p. 147. s. Heidenheim l. l. p. 90. ss., sed ut nemo adhuc inventus est, qui nomen satis probabiliter enuclearet, ita de eius explicatione videtur desperandum. fac enim, quod prorsus nescimus, veram esse codicis lectionem, non patet utrum scriptor certum quendam hominem in mente habuerit, an fictum somniaverit, et si obscure per gematriam locutus est, tam vagi sunt huiusmodi lusus rabbinici, ut nisi certo quodam indice uti liceat, per opinionum aequora vehare. — dicet, Hilgenf. al.; cod.: dicens — 2. scripsi ex emendatione in mundo; cod.: inmunda; Merx: et traductio inmunda — clementia principatuum, Merx; cod.: eminent principatum; eminet (Hilgenf. Volkm.; eminens, Rönsch Hilgenf.) principatum (τὴν ἀρχήν). —

67. circumcisionem
in cruce suspendit
Nam necantes tor
quebit et tradidit
duci uinctos in cus
todiam et uxores
eorum diis donabun
tur gentibus·
Et filii eorum pueri
secabantur a medicis
pueri inducere ac
rosisam illis nam illi
in eis punientur in
tormentis et igne
et ferro· et cogen
tur palam baiulare
idola eorum inqui
nata quomodo sunt
pariter continen
tibus ea et a torquen
tibus illos pariter co
gentur intrare in
abditum locum eo
rum· et cogentur
stimulis blasfema
re uerbum contu
meliose· nouissime
post haec et leges
quod haberent su
pra altarium suum
tunc illo dicente ho
mo de tribu leuui
cuius nomen erit
taxo· qui habens ·vii·
filios dicens ad eos
rogans uidete filii
ecce ultio facta est
in plebe altera cru
delis inmunda et
traductio sine mi
sericordia et emi
nent principatum
quae enim gens aut
quae regio aut quis
populus impiorum
in domum qui mul
ta scelesta fecerunt
tanta mala passi sunt

enim gens, aut quae regio, aut quis populus impiorum in Dominum, qui multa scelesta fecerunt, tanta mala passi sunt, quanta nobis contigerunt? [4]nunc ergo, filii, audite me; videte enim et scite, quia numquam temptavimus Deum, nec parentes [nostri], nec proavi eorum, ut praetereant mandata illius. [5]scitis enim quia haec sunt vires nobis, et hoc faciemus: [6]ieiunemus triduo, et quarto die intremus in speluncam quae in agro est, et moriamur potius, quam praetereamus mandata Domini Dominorum, Dei parentum nostrorum; [7]hoc enim si faciemus et moriemur, sanguis noster vindicabitur coram Domino.

X. Et tunc parebit regnum illius in omni creatura illius,
et tunc Zabulus finem habebit,
et tristitia cum eo abducetur.
[2]tunc implebuntur manus nuntii,
qui est in summo constitutus,
qui protinus vindicabit illos ab inimicis eorum.
[3][exur]get enim Caelestis a sede regni sui,
et exiet de habitatione sancta sua
cum indignatione et ira propter filios suos;
[4]et tremebit terra, usque ad fines suas concutietur,
et alti montes humiliabuntur et concutientur,
et convalles cadent:

---

3. Dominum, Hilgenf. al.; cod.: domum — cod.: contegerunt — 4. temptavimus, Hilgenf. Merx; cod.: temptans; Volkm.: temptantes — nostri addidit Merx, a cod. abest — 5. haec] hae, Hilgenf. — faciamus, Hilgenf. — 6. cod.: spelunca — 7. cod.: uindiauitur.

X, 1. Zabulus, i. e. diabolus. haec forma, qua passim patres latini usi sunt, ut Lactantius de mort. pers. c. 16., medio aevo haud infrequens erat. item dicebatur zabulicus, zabolicus, zabuliticus, zaboliticus, cf. du Cange Glossarium mediae et infimae latinitatis ed. Henschel s. v. ceterum Aeoles ζά pro διά dixisse atque ita etiam ζαβάλλειν pro διαβάλλειν satis notum est, cave igitur cum Heidenheimio l. l. p. 98. existimes, zabulus ex זבל exstitisse. — cod.: tristitiam — abducetur, Hilgenf. Volkm.; cod.: adducetur; Merx: deducetur — 2. implere manum, מִלֵּא יָד — nuntium quin Michaelem archangelum dixerit scriptor tu noli cum Merxio dubitare, cf. Dan. 12, 1. Apoc. 12, 7—9. Iud. 9. et ad hunc l. interpretes veteres. — cod.: uindicauit — 3. cod.: . . . . . get — cod.: cum indignationem et iram — 4. tremebit, cf. Merx l. l. 1868. p. 84. — verba concutietur et Merx temere delevit. — Hilgenf.: suos —

91. quanta nobis con
tegerunt
Nunc ergo filii audite
me uidete enim et
scite quia numquam
temptans deum nec pa
rentes nec proaui
eorum ut praetere
ant mandata illius
scitis enim quia haec
sunt uires nobis
et hoc faciemus ieiu
nemus triduo· et
quarto die intremus
in spelunca quae in
agro est et moria
mur potius quam
praetereamus man
data domini dominorum dei
parentum nostro
rum· hoc enim si fa
ciemus et morie
mur sanguis nos
ter uindicauitur
coram domino
Et tunc parebit reg
num illius in omni
creatura illius
Et tunc zabulus finem
habebit et tristitiam
cum eo adducetur
Tunc implebuntur
manus nuntii qui
est in summo cons
titutus· qui proti
nus uindicauit illos
ab inimicis eorum
.....get enim caeles
tis a sede regni sui
et exiet de habita
tione sancta sua cum
indignationem et
iram propter filios
suos et tremebit
terra usque ad fi
nes suas concutic
tur· et alti montes
humiliabuntur

[5]sol non dabit lumen et in tenebras convertet se,
cornua lunae confringentur et tota convertet se in sanguinem,
et orbis stellarum conturbabitur:
[6]et mare usque ad abyssum decedet,
et fontes aquarum deficient,
et flumina exarescent;
[7]quia exurget summus Deus, aeternus solus,
et palam veniet ut vindicet gentes,
et perdet omnia idola eorum.
[8]tunc felix eris tu Istrahel,
et ascendes supra cervices et alas aquilae,
et inplebuntur [dies tui].
[9]et altabit te Deus,
et faciet te haerere caelo stellarum,
loco habitationis eorum:
[10]et conspicies a summo et videbis inimicos tuos in terra,
et cognosces illos et gaudebis,
et ages gratias et confiteberis creatori tuo.

[11]Nam tu, Iesu Nave, custodi verba haec et hunc librum; [12]erunt enim a morte et receptione mea usque ad adventum illius tempora CCL quae fiunt: [13]et hic cursus [erit] horum quem conficient donec consummentur. [14]ego autem ad dormitionem patrum meorum eam: [15]itaque tu, Iesu Nave, confortare, te elegit Deus esse mihi successorem eiusdem testamenti.

---

5. cf. Ioël 3, 4. Act. 2, 20. — cod.: tenebris — scripsi convertet; cod.: convertent — delevi cum Merxio et, quod in cod. ante confringentur legitur. — cod.: convertit — cod.: sanguine — cod.: conturuauitur — 6. cod.: decedit — cod.: ad fontes; ad esse sane potest at, uti Roenschio l. l. 1868. p. 101. visum est, sed hoc loco magis placet et. — exarescent, Haupt Hilgenf.; cod.: expauescent, quod est Volkmaro interprete stauen! — 7. cod.: exurgit — 8. post inplebuntur in codice quaedam errore excidisse unus Merx perspexit; ego ex coniectura adieci dies tui, an recte nescio, sed scriptorem huiusmodi aliquid addidisse certum est. — 9. cod.: altauit — cod.: herere — Merx: e caelo! — in tertio versus membro aliquid vitii videtur latere, sed Merx temere ita transposuit: et videbis inimicos tuos in terra, | et conspicies a summo locos habitationis eorum — 10. cod.: conspiges — cod.: uides. ita fortasse interpres ipse pro videbis dixit, cf. Rönsch l. l. 1868. p. 85. — cod.: terram — cod.: agis.

11. nam] iam Hilgenf. al. — 12. a morte et receptione mea, Volkm.; cod.: a morte receptione*m*; Hilgenf.: a morte mea; Merx: a receptione mea — fient, Hilgenf. — 13. cod.: *Et hic* — erit, Vòlkm.; est, Hilgenf.; cod.: . . . — conficient mea est correctio, cod.: conueniunt — 14. eam, Hilgenf. al.; cod.: eram — 15. scripsi confortare; cod.: forma; Hilgenf.: firma, ἴσχυε! Volkm.: firma te (quidni firmare?); Merx: confortare et firma te nam. ceterum cf. Deuter. 31, 6. 7. 23. Ios. 1, 6. 7.

92. et concutientur
et conualles cadent
sol non dabit lumen
et in tenebris con
uertent se cornua
lunae et confringen
tur et tota conuer
tit se in sanguine et
orbis stellarum con
turuauitur· et ma
re usque ad abyssum
decedit ad fontes
aquarum deficient
et flumina expaues
cent· quia exurgit
summus deus aeternus
solus et palam ue
niet ut uindicet gen
tes et perdet om
nia idola eorum
Tunc felix eris tu is
trahel et ascendes
supra ceruices et
alas aquilae et in
plebuntur et alta
uit te deus et faciet te
herere caelo stella
rum loco habitatio
nis eorum· et cons
pi*g*es a summo et ui
des inimicos tuos
in terram et cognos
ces illos et gaudebis
et agis gratias et con
fiteberis creatori
tuo nam tu iesu na
ue custodi uerba
haec et hunc librum
erunt enim a morte
receptione*m* usque
ad aduentum illius
tempora ·ccl· quae
fiunt *Et hic* cursus
. . . horum quem
conueniunt donec
consummentur
Ego autem ād dormi
tionem patrum me

XI. Et cum audisset Iesus verba Moysi tam scripta in sua scriptura omnia, [quam] quae praedixerat, scidit sibi vestimenta et procidit ad pedes Moyseos. [2]et hortatus est eum Moyses et ploravit cum eo. [3]et respondit illi et dixit Iesus:

[4]Quid me celares, Domine Moyse? et quo genere celabo de quo locutus es voce acerba quae exivit de ore tuo, quae est plena lacrimis et gemitibus, quia tu discedes de plebe ist[a? [5]verum] quis locus recipiet [iam] te? [6]aut quod erit monumentum sepulturae? [7]aut quis audebit corpus tuum transferre inde ut homo de loco in locum? [8]omnibus enim morientibus secus aetatem sepulturae suae sunt in terris; nam tua sepultura ab oriente sole usque ad occidentem et ab austro usque ad fines aquilonis: omnis orbis terrarum sepulcrum est tuum. [9]Domine, abibis, et quis nutribit plebem istam? [10]aut quis est qui miserebitur illis, et quis eis dux erit in via? [11]aut quis orabit pro eis, nec intermittens ne unum quidem diem, ut inducam illos in terram Amorreorum? [12]quomodo ergo potero [ducere] plebem hanc tamquam pater unicum filium, aut

---

XI, 1. cod.: moysi, h. e. Μωυσῆ — tam, οὕτω, Hilgenf.; Volkm.: tam [dicta quam] — addidi post omnia cum Merxio quam, quod a cod. abest. — cod.: praedixerant — scripsi Moyseos; Hilgenf.: Mosis; Volkm.: Moysis; Merx: Mose; cod.: meos — 2. hortatus; Volkm.: luctatus! — eum, Rönsch l. l. 1868. p. 103. Hilgenf. Merx; cod.: cum — Moyses, cod.: monse — cum, Volkm.: coram!

4. celares, κρύψῃς; fortasse celabis, κρύψεις; Merx: solaris; Volkm.: zelaris — Moyse, cod.: monse — quo *g*enere, τίνι τρόπῳ, cf. Rönsch l. l. 1868. p. 104. — scripsi celabo, cod.: celabor; Merx: solabor; Volkm.: zelabor — de quo, Volkm. Merx; cod.: de qua — cod.: locutus est — cod.: acerua que — scripsi discedes, cod.: discedis — 5. scripsi ista verum, cod.: ist . . . . . .; Hilgenf.: ista modo; Volkm.: ista multa; Merx: ista et iam — scripsi recipiet iam, cod.: recip*it*....; Hilgenf.: recipiendi; Volkm.: recipiet; Merx: recipiet nunc — 7. cod.: audeuit — cod.: tra*ns*ferre — inde ut, Gutschmid al.; cod.: in eut — 9. scripsi abibis, cod.: ab his; Merx Hilgenf.: abis — nutribit, Volkm.; Hilgenf. Merx: nutriet; cod.: nutrit — 10. illis, cf. Rönsch Itala und Vulgata (Marburg und Leipzig, 1869.) p. 413. s. — 11. scripsi intermittens, παρήσων, cod. pat*iens*, πάσχων. Merx: fatiscens — cod.: uno. hanc lectionem tuiti sunt editores ideoque post pro diem scripserunt die. — Amorreorum, Ewald (Geschichte Christus' und seiner Zeit. 3. Aufl. Göttingen, 1867. p. 81.) al., cf. infra vs. 16.; cod.: araborum — 12. in hoc versu emendando mirum quantopere titubatum sit, sed omnia commenta referre piget. — ducere post potero ego addidi, in cod. deest. Volkmar δυνήσομαι, potero, corruptum esse existimat et graece ἡγήσομαι vel ὁδηγήσομαι scriptum fuisse. Rönsch (Zeitschrift 1869. p. 228.): potero, δυνήσομαι vel δυναστεύσω. verum δυναστεύω τινά (δύναμαί τινι, πρός τινα et Ps. 138, 6. Aqu. τινα), possum aliquem, quoad sententiam hic non quadrat. —

orum eram itaque
tu iesu naue forma te
elegit deus esse mihi
successorem eiusdem
testamenti· et cum
audisset iesus uerba
moysi tam scripta
in sua scriptura om
nia quae praedixerant
scidit sibi uestimen
ta et procidit ad pe
des meos et horta
tus est cum monse
et plorauit cum eo
Et respondit illi et
dixit iesus· quid me ce
lares domine monse
et quo genere cela
bor de qua locutus
est uoce acerua que
exiuit de ore tuo
quae est plena la-
crimis et gemitibus
quia tu discedis de
plebe ist . . . . . .
quis locus recipit....
te aut quod erit mo
numentum sepul
turae aut quis aude
uit corpus tuum trans
ferre in eut homo
de loco in locum
Omnibus enim mori
entibus secus aeta
tem sepulturae su
ae sunt in terris
nam tua sepultura
ab oriente sole usque
ad occidentem· et
ab austro usque ad fi
nes aquilonis omnis
orbis terrarum se
pulcrum est tuum
domine ab his
Et quis nutrit plebem
istam aut quis est
qui miserebitur il
lis et quis eis dux erit

tamquam filiam domina virginem, quae paratur tradi viro? quae timebit corpus custodiens eius a sole et ne [sint] discalciati pedes eius ad currendum supra terram. [13][et qui] de voluntate eorum praestabo illis ciborum et potus secus voluntatem voluptatis eorum? [14][viri] enim illorum erunt C milia, nam isti in tantum quidem creverunt in tuis orationibus, Domine Moyse. [15]et quae est mihi sapientia aut intellectus in domo [Domini] verbis aut iudicare aut respondere? [16]sed et reges Amorreorum cum audierint expugnare nos, credentes iam non esse secus sacrum spiritum dignum Domino, multiplicem et incomprehensibilem, dominum verbi fidelem in omnia, divinum per orbem terrarum profetem, consummatum in saeculo doctorem iam non esse in eis, dicent: eamus ad eos. [17]si inimici impie fecerunt semel adhuc in Dominum suum, non est defensor illis qui ferat pro eis preces Domino, quomodo Moyses erat magnus nuntius, qui singulis horis, diebus et noctibus habebat genua sua

---

verba codicis filiam dominam virginem ferri non posse intellectu haud ita erat difficile, praesertim si vox tamquam perpendebatur, vidit tamen unus Merx, sed cum filia scriberet vocabulo filia notionem παιδίσκη affinxit. Volkmari opinionem, dominam, κυρίαν, denotare posse genuinam (immo germanam, γνησίαν) Rönschio placuisse demiror, quam vellem probasset alteruter. immo domina scribendum esse manifestum est, nec necesse transponere domina filiam. — tradi viro, Rönsch l. l.; cod.: tali viro. haec lectio fortasse recte habet, cum scriptoris animo iam obversaretur quo spectaret imago. Volkmar: nuptiali viro; sed quis unquam ita dixit pro sponso? Merx: thalamo viri — scripsi quae timebit, cod.: quae timebat; Rönsch l. l.: quem timebit; Merx: cui timebat — addidi cum Merxio sint, a cod. abest. — scribendum discalciati (Volkm.), vel excalciati (Hilgenf.); cod.: scalciati. hanc lectionem inconsiderate retinuit Merx. — 13. et qui, Volkm. Merx; cod.: . . . . .; Hilgenf. scripsit quid, τί, et post illis comma posuit. — cod.: de voluntatem; Hilgenf. Merx: ad voluntatem — potus, Volkm.; cod.: potui; Rönsch l. l. p. 106.: potuis; Merx: poti — voluptatis, Hilgenf. al.; cod.: voluntatis — 14. supplevi cum Hilgenfeldo viri, cf. Exod. 12, 37.; Volkm. supplevit copia, Merx numerus; cod.: . . . . . — scripsi erunt (Volkm. ἂν εἶεν), cod.: erant — codex videtur C praebere, cf. Ceriani ap. Volkm. p. 156. scriptor duce l. Exod. 12, 37. fortasse DC exaravit. — scripsi quidem creverunt, cod.: qui creuerunt; Hilgenf.: increverunt — cod.: monse — 15. Domini, Volkm. al.; cod.: . . . . — 16. Merx ante expugnare addidit audebunt — verba iam non esse paullo infra repetita sunt. utrum scriptoris hoc an scribae incuria factum sit dubium. — secus mea est emendatio, cod.: semet. Wieseler l. l. p. 644. legi iubet semel. interpretem ἑαυτόν, semet, reddidisse Volkm. et Hilgenf. consentiunt, sed ille legendum fuisse αὐτόν (intellige Mosen!) existimat, hic ἑαυτῶν et infra ἐν αὐτοῖς, in eis! Merx pro semet scripsit semen. — cod.: inconpraehensibilem — in eis, non in nobis, dixit Iesus ex persona Amorreorum. — dicent, Hilgenf. al.; cod.: dicens — ad eos, πρὸς αὐτούς — 17. Merx: si enim — cod.: praeces — cod.: monse —

99. in uia· aut quis ora
bit pro eis· nec pati
ens ne uno quidem
diem ut inducam il
los in terram ara
borum· quomodo
ergo potero plebem
hanc tamquam pa
ter unicum filium
aut tamquam filiam
dominam uirginem
quae paratur tali ui
ro quae timebat cor
pus custodiens eius
a sole et ne scalcia
ti pedes eius ad cur
rendum supra ter
ram . . . . . de uo
luntatem eorum
praestabo illis ci
borum et potui se
cus uoluntatem
uoluntatis eorum
. . . . . enim illorum
erant ·c· milia· nam
isti in tantum qui
creuerunt in tuis
orationibus domine mon
se· et quae est mihi
sapientia aut intelle
lectus in domo . . . .
uerbis aut iudicare
aut respondere
sed et reges amor
reorum cum audie
rint expugnare nos
credentes iam non
esse semet sacrum
spiritum dignum domino
multiplicem et in
conpraehensibilem
dominum uerbi fidelem
in omnia diuinum
per orbem terra
rum profetem con
summatum in sae
culo doctorem iam
non esse in eis di

infixa in terra, orans et intuens Omnipotentem [visitare] orbem terrarum cum misericordia et iustitia, reminiscens testamentum parentum et iureiurando placando Dominum. [18]dicent enim: non est ille cum eis; eamus itaque et contundamus eos a facie terrae. [19]quod ergo fiet plebi isti, Domine Moyse?

XII. Et postquam finivit verba Iesus, iterum procidit ad pedes Moysi. [2]et Moyses prendit manum ipsius et erexit illum in cathedra ante se, et respondit et dixit illi:

[3]Iesu, te ne contemnas, sed praebe te securum et adtende verbis meis. [4]omnes gentes quae sunt in orbe terrarum Deus creavit ut nos, praevidit illos et nos ab initio creaturae orbis terrarum usque ad exitum saeculi, et nihil est ab eo neglectum usque ad pusillum, sed omnia praevidit et pronovit cum eis. [5][ut] Dominus omnia quae futura essent in hoc orbe terrarum providit, et ecce aufertur — [6]— me constituit pro eis ut pro peccatis eorum [orarem] et in[plor]are[m] pro eis. [7]non enim propter

---

omnipotentem, Hilgenf. Volkm.; cod.: homini | potentem — verbum visitare facili coniectura addidisse mihi videor, in cod. non legitur. haud sane feliciter alii meo quidem iudicio in hoc loco emendando versati sunt. Volkm.: εἰςβλέπων τὸν ἐπὶ τὸν κόσμον παυδύνατον(!), *ut* cum mis. et iust. reminiscens *sit* test. p. τοῦ καὶ (etiam) ὅρκῳ ἱλάσκεσθαι αὐτῶν τὸν κύριον. in textum ita grassari si licebit, quidquid volueris efficies. Hilgenf.: εἰςορῶν τὸν πάντα κρατοῦντα τὸν κόσμον. pone scriptorem ita exarasse, sed quid sibi iam volunt verba sequentia ἐν ἐλεημοσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ? idem Merx interrogandus, qui ita scripsit: intuens omni potentia tenentem orbem — placando] placans, Merx — 18. ex correctione scripsi contundamus, cod.: confundamus, quod ferri nequit. — cod.: faciae — 19. cod.: monse.

XII, 1. cod.: monsi, cf. 11, 1. — 2. cod.: monse.

3. Iesu, Hilgenf. Merx: cod.: Iesus. Volkm.: Moiises, cl. l. 11, 3.! — te ne, Hilgenf.; cod.: et ne; Volkm.: et te ne! Merx: set ne! — 4. orbe] ore, cod. — scripsi cum Rönschio l. l. 1868. p. 107. ut nos, cod.: et nos. non est quod vocem nos ante praevidit deleas cum Volkmaro, male vero Hilgenf. post praevidit comma posuit et Merx illos et nos expunxit. — scripsi cum Rönschio usque ad exitum, cod.: ut ad ex.; Gutschmid al.: et ad ex. — cod.: praeuidit et prououit (pronovit correxit Volkm.) cum *eis*; Merx: praenovit et providit cunctis — 5. et 6. scripsi ut Dominus, cod.: . . *dns*; Volkm.: Deus Dominus — cod.: *hoc* — cod.: *ecce* aufer|tur . . . . . | . . . *s me*. malui ἐπέχειν quam προπετεύεσθαι, cum quid verbo aufertur facias, in quo cardo rei vertitur, prorsus obscurum sit. Hilgenf.: adfertur itaque Dominus me; Volkm.: affertur sic Deus Dominus me — cod.: consti|*tuit* — ut pro, Volkm.; cod.: et pro — orarem, Volkm.; cod.: . . . | . . . — inplorarem, Rönsch; inprecarer, Volkm.; cod.: in . . *ccare* . . —

98. cens Eamus ad e
os si inimici impie
fecerunt semel ad
huc in dominum suum
non est defensor
illis qui ferat pro
eis praeces domino
quomodo monse
erat magnus nunti
us· qui singulis horis
diebus et noctibus ha
bebat genua sua in
fixa in terra orans
et intuens homini
potentem orbem
terrarum cum mi
sericordia et ius
titia reminiscens
testamentum pa
rentum· et iure
iurando placando
dominum dicent enim
non est ille cum eis
eamus itaque et con
fundamus eos a fa
ciac terrae quod
ergo fiet plebi isti
domine monse et post
quam finiuit uer
ba iesus iterum pro
cidit ad pedes monsi
Et monse prendit
manum ipsius et e
rexit illum in cathe
dra ante se· Et res
pondit et dixit illi
iesus· et ne contem
nas sed praebe te
securum et adten
de uerbis meis om
nes gentes quae sunt
in ore terrarum
deus creauit et nos
praeuidit illos et
nos ab initio crea
turae orbis terra
rum· ut ad exitum
saeculi et nihil est

meam virtutem aut infirmitatem, sed — misericordiae ipsius et patientia contigerunt mihi. [8]dico enim tibi, Iesu: non propter pietatem plebis huius exterminabis gentes. [9]omnia caeli firmamenta [et fundamenta] orbis facta et probata a Deo et sub annulo dexterae illius sunt. [10]facientes itaque et consummantes mandata Dei crescent et bonam viam exigent; [11]nam peccantibus et negligentibus mandata carebunt bona quae praedicta sunt, et punientur a gentibus multis tormentis: [12]nam [ut] in totum exterminet et relinquat eos fieri non potest. [13]exibit enim Deus qui praevidit omnia in saecula, et stabilitum est testamentum illius et iureiurando, quod — — —.

---

7. infirmitatem] in firmitate mea, Merx — cod.: sed temperantius misericordiae; Hilgenf.: sed temperantia (τῇ ἐπιεικείᾳ) misericordiae! Volkm.: sed temperantius (μετριωτέρως) misericordia! crederes cum Merxio per viscera vel simile quid scribendum fuisse, sed cum probabilis coniectura non occurreret, licentius grassari nolui, cum praesertim hic versus aliis etiam vitiis affectus esse videatur. — cod.: contegerunt — 9. omnia] lumina, Hilgenf. — cod.: *caeli* firmamenta; Merx: enim fundamenta — verba: et fundamenta, ego adieci, a cod. absunt. — cod. or*bis;* Volkm.: et orbis — facta et, Volkm. al.; cod.: *fac*ta ut — cod.: p*r*ouata — annulo, A. de Gutschmid al.; cod.: nullo; Merx: umbra — 10. crescent, Merx; cod.: crescunt — exigent, Merx; cod.: exigunt — 11. cod.: neglegentibus — scripsi carebunt; cod.: carere; Volkm.: carent — cod.: bona*m*; Volkm.: bona ea — cod.: punien*tur* — 12. adieci ut cum Volkm. et Merxio, a cod. abest. — 13. exibit, Volkm. Merx; cod.: exiuit.

97. ab eo neglectum us
que ad pusillum·
sed omnia praeuidit
et prououit cum
eis . . *dns* omnia quae
futura essent in *hoc*
orbe terrarum pro
uidit et *ecce* aufe*r*
tur . . . . . .
. . . s *m*e consti
tuit pro eis et pro pec
catis eorum . . .
. . . et in . . *cc*are . .
pro eis· non enim
propter meam uir
tutem aut infirmi
tatem· sed tempe
rantius misericor
diae ipsius et pati
entia contegerunt
mihi· dico enim ti
bi iesu· non propter
pietatem plebis hu
ius exterminabis
gentes· omnia *caeli*
firmamenta or*bis fac*
ta ut p*r*ouata a deo
et sub nullo dexte
rae illius sunt
Facientes itaque et con
summantes manda
ta dei crescunt et bo
nam uiam exigunt
nam peccantibus et
neglegentibus man
data carere bona*m*
quae praedicta sunt
Et punient*ur* a *g*en
tibus multis tormen
tis· nam in totum ex
terminet et relin
quat eos fieri non
potest· exiuit enim
deus qui praeuidit om
nia in saecula et sta
bilitum est testa
mentum illius· et
iureiurando quod

INDEX NOMINUM.

Aaron 5 Esr. 1, 3. 13. Ap. Bar. 59, 1.
Abacuc 5 Esr. 1, 40.
Abdias 5 Esr. 1, 39.
Abisseus 5 Esr. 1, 2.
Abraham 4 Esr. 3, 13. 6, 8. 7, 36. 5 Esr. 1, 39. Ap. Bar. 4, 4. 21, 24. 57, 1. Ass. M. 3, 9.
Achaz 4 Esr. 7, 37.
Achias 5 Esr. 1, 2.
Achitob 5 Esr. 1, 1.
Adam 4 Esr. 3, 5. 10. 21. 26. 4, 30. 6, 54. 56. 7, 11. [6, 45.] 7, 46. 48. Ap. Bar. 4, 3. 17, 2. 18, 1. 23, 4. 48, 42. 46. 54, 15. 19. 56, 5.
Adu Ap. Bar. 5, 5.
Aegyptius 5 Esr. 1, 18. Ass. M. 6, 6.
Aegyptus 4 Esr. 3, 17. 9, 29. 14, 3. 4. 14, 29. 5 Esr. 1, 7. 15, 10—12. 16, 1. Ap. Bar. 58, 1. 75, 7. 8. Ass. M. 3, 11.
Aggaeus 5 Esr. 1, 40.
Amaria 5 Esr. 1, 2.
Amman Ass. M. 1, 4.
Amorrhaeus 5 Esr. 1, 22. Ap. Bar. 60, 1. Ass. M. 11, 11. 16.
Amos 5 Esr. 1, 39.
Arabs 5 Esr. 15, 29.
Arna 5 Esr. 1, 2.
Arphad 4 Esr. 9, 26.
Artaxerxes 5 Esr. 1, 3.
Arzareth 4 Esr. 13, 45.
Asia 5 Esr. 15, 46. 16, 1.
Asihel 4 Esr. 14, 24.
Assur 5 Esr. 2, 8.
Assyrius 4 Esr. 13, 40. 5 Esr. 15, 30. 33. Ap. Bar. 62, 6. 63, 3.
Azareus 5 Esr. 1, 1.
Aziel 5 Esr. 1, 2.
Babylon 4 Esr. 3, 1. 2. 28. 31. 5 Esr. 15, 43. 46. 60. 16, 1. Ap. Bar. 8, 5. 11, 1. 33, 2. 67, 7. 77, 12. 17. 19. 79, 1. 80, 4. 85, 6.
Baruch Ap. Bar. 1, 1. 6, 1. 8, 3. 9, 1. 10, 5. 11, 1. 13, 1. 2. 22, 2. 32, 8. 9. 35, 1. 39, 1. 43, 1. 44, 1. 48, 26. 50, 1. 55, 4. 77, 1. 18. 78, 1. 2.
Behemoth Ap. Bar. 29, 4.
Borith 5 Esr. 1, 2.
Caleb Ap. Bar. 59, 1.
Carmanus 5 Esr. 15, 30.
Cedron Ap. Bar. 5, 5. 21, 1. 31, 2. 66, 4.
Chaldaeus Ap. Bar. 6, 1. 8, 4.
Chananaeus 5 Esr. 1, 21.
Christus 4 Esr. 7, 29.
Dabria 4 Esr. 14, 24.
Daniel 4 Esr. 12, 11.
David 4 Esr. 3, 23. 7, 38. Ap. Bar 61, 1.
Deuteronomion Ass. M. 1, 5.
Eleazar 5 Esr. 1, 2.
Elias 4 Esr. 7, 39. Ap. Bar. 77, 24.
Elkana 4 Esr. 14, 24.
Enoch 4 Esr. 6, 49. 51.
Esau 4 Esr. 3, 15. 16. 6, 8. 9.
Esdras 4 Esr. 3, 1. 6, 10. 7, 1. 25. [6, 24.] 8, 2. 14, 2. 38. 49. 5 Esr. 1, 1. 2, 10. 33. 42.
Euphrates 4 Esr. 13, 42. Ap. Bar. 77, 22.
Eva Ap. Bar. 48, 42.
Ezechias 4 Esr. 7, 40. Ap. Bar. 63, 1. 3. 5. 64, 1.
Gadelii Ap. Bar. 44, 1.
Godolias Ap. Bar. 5, 5.
Gomorrha 5 Esr. 2, 8.
Hebron Ap. Bar. 47, 1.
Helchia 5 Esr. 1, 1.
Heli 5 Esr. 1, 2.
Iabisc Ap. Bar. 5, 5.
Iacob 4 Esr. 3, 15. 16. 19. 32. 5, 35. 6, 8. 9. 8, 16. 9, 30. 12, 46. 5 Esr. 1, 24. 39. Ap. Bar. 17, 4. 21, 24. 31, 3. 46, 4. 72, 4. Ass. M. 3, 9.
Iechonias Ap. Bar. 1, 1.
Ieremias 5 Esr. 2, 18. Ap. Bar. 2, 1. 5, 5. 9, 1. 10, 2. 4. 33, 1.

Ieremiel 4 Esr. 4, 36.
Ieroboam Ap. Bar. 62, 1.
Ierusalem 4 Esr. 10, 20. 47. 48. 5 Esr. 2, 10. Ap. Bar. 5, 3. 6, 3. 9. 10, 7. 31, 4. 35, 3. 44, 4. 63, 9. 67, 6.
Iesus 4 Esr. 7, 28. — (Iosua) 7, 37. Ap. Bar. 59, 1. Ass. M. 1, 6. 9. 10, 11. 15. 11, 1. 3. 12, 1. 3. 8.
Iezabel Ap. Bar. 62, 3.
Ioël 5 Esr. 1, 39.
Ionas 5 Esr. 1, 39.
Iordanes Ass. M. 1, 4.
Iorure Ap. Bar. 10, 8.
Iosias 4 Esr. 13, 40. Ap. Bar. 66, 1.
Isaac 4 Esr. 3, 15. 6, 8. 5 Esr. 1, 39. Ap. Bar. 21, 24. Ass. M. 3, 9.
Isaias 5 Esr. 2, 18.
Israël 4 Esr. 3, 19. 32. 4, 23. 5, 17. 33. 35. 7, 10. 37. 8, 16. 9, 30. 12, 46. 14, 28. 5 Esr. 2, 10. 33. Ap. Bar. 3, 5. 17, 4. 31, 3. 46, 4. 60, 2. 62, 3. 63, 9. 72, 4. 77, 2. 13. Ass. M. 3, 7. 10, 8.
Iuda 5 Esr. 1, 24. Ap. Bar. 1, 1. 63, 1. 66, 1.
Lelioto Ap. Bar. 10, 8.
Leviathan 4 Esr. 6, 49. 52. Ap. Bar. 29, 4.
Levi 5 Esr. 1, 3. Ass. M. 9, 1.
Levita 4 Esr. 10, 22.
Libanus Ap. Bar. 39, 5.
Malachias 5 Esr. 1, 40.
Manasses Ap. Bar. 64, 1. 6. 7. 65, 1.
Maria Ap. Bar. 59, 1.
Marimoth 5 Esr. 1, 2.
Medus 5 Esr. 1, 3.
Messias Ap. Bar. 29, 3. 30, 1. 39, 7. 40, 1. 70, 9. 72, 2.
Michaeas 5 Esr. 1, 39.
Moyses 4 Esr. 7, 36. 59. 14, 3. 5 Esr. 1, 13. Ap. Bar. 3, 9. 4, 5. 17, 4. 59, 1. 3. 84, 2. 5. Ass. M. 1, 1. 4. 5. 3, 11. 11, 1. 2. 4. 14. 17. 19. 12, 1. 2.
Nabuchodonosor Ap. Bar. 79, 1.
Naum 5 Esr. 1, 40.
Nave Ass. M. 1, 6. 10, 11. 15.
Nerias Ap. Bar. 1, 1. 78, 1. 2.
Noë 4 Esr. 3, 11. Ap. Bar. 77, 23.
Nun Ap. Bar. 59, 1.
Ophir Ap. Bar. 10, 19.
Oreb 5 Esr. 2, 33.
Oseas 5 Esr. 1, 39.
Ozia 5 Esr. 1, 2.
Persa 5 Esr. 1, 3.
Phalthiel 4 Esr. 5, 16.
Pharao 5 Esr. 1, 10.
Pherezaeus 5 Esr. 1, 21.
Philistinus 5 Esr. 1, 21.
Phinees 5 Esr. 1, 2.
Phoenice Ass. M. 1, 3.
Ramiel Ap. Bar. 55, 3. 63, 6.
Sadoch 5 Esr. 1, 1.
Salame 5 Esr. 1, 1.
Salathiel 4 Esr. 3, 1.
Salmanassar 4 Esr. 13, 40. Ap. Bar. 62, 6.
Salomon 4 Esr. 7, 38. 10, 46. Ap. Bar 61, 1. 77, 25.
Samuhel 4 Esr. 7, 38.
Salemia 4 Esr. 14, 24.
Sarea 4 Esr. 14, 24.
Sareus 5 Esr. 1, 1.
Saria Ap. Bar. 5, 5.
Scide Ap. Bar. 10, 8. 27, 9.
Sedecias Ap. Bar. 8, 5.
Sennecharib 4 Esr. 7, 40. Ap. Bar. 63, 2. 4.
Sidon 5 Esr. 1, 11.
Sina 4 Esr. 3, 17. 14, 4. Ap. Bar. 4, 5. 6, 2.
Sion 4 Esr. 3, 2. 31. 5, 25. 6, 4. 19. 10, 7. 20. 23. 39. 44. 12, 44. 48. 13, 35. 36. 14, 31. 5 Esr. 2, 40. 42. Ap. Bar. 5, 1. 3. 7, 1. 10, 2. 5. 7. 12. 11, 1. 2. 13, 1. 3. 14, 6. 7. 20, 2. 31, 4. 32, 2. 34, 1. 35, 3. 39, 3. 40, 1. 44, 4. 7. 59, 4. 61, 2. 7. 63, 3. 4. 9. 64, 4. 67, 1. 2. 6. 7. 68, 5. 77, 8. 79, 1. 80, 7. 81, 1. 84, 8. 85, 3.
Sirenes Ap. Bar. 10, 8.
Sodoma 5 Esr. 2, 8.
Sodomita 4 Esr. 7, 36.
Sodomiticus 4 Esr. 5, 7.
Sophonias 5 Esr. 1, 40.
Syria 5 Esr. 16, 1.
Taxo Ass. M. 9, 1.
Tyrus 5 Esr. 1, 11.
Unctus 4 Esr. 12, 32.
Uriel 4 Esr. 4, 1. 5, 20. 10, 28.
Zabulus Ass. M. 10, 1.
Zacharias 5 Esr. 1, 40.

Lipsiae: impressit F. A. Brockhaus.

KV-390-682